

Aquam bibens nihil boni parfas. II

Ἰδὸς δὲ πῖνον ἡλικόρι οὐδὲρ ἄμ τέκνης id est,

Aquam bibens probum, et utile paries nihil. Huius autem serunt Demetrium Halicarnassum: cuius sensus est, à poetis nihil preclarum, aut posteritate dignum, aut uentum proficisci, si biberint aquam, hoc est, si pauperes fuerint, et tenui uictu.

Horatius:

Nulla placere diu, neq; uiuere carmina possunt, Que scribuntur aque potioribus. Item Iuuenalis:

Quod si Vergilio puer, et tolerabile desit Hospitium, cadent omnes à crinibus hydri, Sarda nihil generet graue buccina. idem: Satur est cum dicit Horatius, Obe.

Demetrii Halicarnassii distichon huiusmodi citatur à Zeno doto, etiam si in epigrammatis refertur Nicerati titulo:

Οἷός τις ἡλικόρι, τί φέρεται τὰ δὲ ἴππῳ ἄσιδῶρ Ἰδὸς ὃ πῖνον ἡλικόρι οὐδὲρ ἄμ τέκνης.

Quamquam apud Athenæum secus refertur uersus prior: Οἷός τις ἡλικόρι πῖνε μέγας ἴππῳ ἄσιδῶρ. id est,

Sanè magnus equus lepidus fuit uina poète. Idem uersus refertur ab Athenæo, secundo diphosophistaru libro, ex epigrammate quodam, quod quidam scripserat in Cratinum. Quin et Horatius eloquentiam uino tribuit:

Fecundi calices, quem non fecere disertum? Aristoteles lib. de naturis animalium octauo, Psittacum loquaciorum fieri putat, si uinum biberit.

Digna canis pabulo. III

Ἀξία ἢ κῖνον τὸ βροματόν, id est, Digna canis pabulo. Fere perinde ualet, ac si dicas: Dignus operarius mercede sua. Et uix quisquam est tam inutilis minister, quin si nò amplo salario, certe uictu dignus esse uideatur. Refertur à Suida. Quadrabit in hominem non usquequaq; reiciendum, atq; inutilem: aut in hominem assententorem, et id id idoneu, qui uersetur in principii adis: ubi nullo in precio sunt, qui nesciant adulari.

Canis digna sede. IIII

Ἀξία ἢ κῖνον βῆνος, id est, Canis digna sede. Cù nouus honos obtigit cupian immerenti. Sumptum uidetur à Meliteis canibus, quibus nonnullæ muliercule maioræ habent honorem, quam ipsi maritis. Refertur à Dio geniano.

Si uinum postulet, pugnos illi dato. V

Ἀμ οἶνον εἰτέ κοινὸν ἢ λῶς αὐτῷ δίδῃς. id est, Si uina postulat ille, pugnos porrige.

Vbi pro bonis rebus expectatis, diuersa accipiuntur. Sumptus est hic senarius è tragedia quapiam, de Cyclope et Vlysse. Est autem notissima fabula, quemadmodum apud Homerum Vlysses Polyphemo Cyclopi uinù petenti subinde porrigit, quo simul atq; iam temulētus, sopitusq; iaceret, palo præuoluto oculum illi perterebat. Putant metaphoram à pueris ductam, qui petentes non petenda, nonnunquam colaphos recipiunt. Terentius in Phormione: Pugnos in uentremingere. Pugnos plagas ipsas uocant, itidem ut Greci κοινὸν ἢ λῶς. Adagium refertur à Suida.

Pro perca scorpionum. VI

Ἀντὶ τῶν ἐκ τῶν σκορπίου, id est, Pro perca scorpionum. Vbi quis optime captans, pessima capit. Nam perca piscis est uel maxime laudatus, cuius identidem meminit Athenæus, gdonum delicias recensens. Scorpionus letalis est, quamquam et piscis huius nominis, contempti uaporis, de quo magis sentire uidetur adagium. Simili figura dicit Lycophron: Ὁ δ' ἀντὶ πειπῶς σκορπίου λαμπρὸν ὠδῶδες. id est,

At scorpionum ille glutinis pipus uice. Est enim pipò anis genus.

Pro beneficentia Agamemnonem uult sunt Achii. VII

Ἀντ' εὐδὸς γὰρ ἀγαμέμνονα τὶς ἴσθ' ἀχαιοί. id est, Pro meritis male tractatum Agamemnonem Grai.

Quidam ad hunc effertur modum:

Ἀντ' εὐδὸς γὰρ ἀγαμέμνονα τὶς ἴσθ' ἀχαιοί. id est, Pro beneficenti uinxerunt Agamemnonem Grai.

Dicebatur in ingratos, qui pro summo beneficio, summum reuertiuntur maleficium. Agamemnon enim tunc exatistis laboribus in expugnanda Troia, pro dignitate Græciæ, donum reuer sus, ueste inexplicabili inuolutus, interfectus est à temnestra, auulante Aegisthò adultero. Annotatù est hoc fere accidere uiris de Reipub. bene meritis, ut pro bene factis, pessimà gratià tulerint à populo. Pindarus in Pythijs hymno quarto, φωντὶ ἢ μὲν μὲν τὸ τοῦ ἀναισθήτου, καὶ δὲ γινώσκοντ' ἐνδίκης ἕκτος ἔχοντ' ὠδῶδες, id est, Aiunt omnes hoc esse molestissimum, qui norit honesta necessitate foris habere pedem, hoc est, non firi nobis quamuis se bene meritis sit de alijs, sed pro bene factis male audire.

Cane Tellens cantilenas. VIII

Ἀεὶ τὰ τῶν δῶν, id est, Cane cantiones Tellens. Quidam dici putant de dicacibus, mordacibusq; quidam de inepte loquaculis. Nam Tellenus hunc, tibicenem quendam fuisse, poetam ite carminu ineptissimoru. Alij tradunt hie ioc eos quosdam uersibus lepidissimis de scripssimone sine uulgo sale somnatum. Meminit huius Tellens Diarchus Messasius apud Zenodoti. Item Plutarchus in apophthegmatis:

Azaneæ mala. IX

Ἀζανέων κενός, id est, Azaneæ mala. Dicit solitum, ubi quis in re per difficulte et infrugifera plurimum lumeret laboris. Aut ubi res esse cupiunt, cum homine difficili, mesofilo, intrastabili, tenaci. Tradunt Azaneam regionem quâpiam esse Arcadiæ, sterilem, et culture inhabilem: in quæ est noni multo sudore parum fructus refertur. Hæc ferme traduntur à Græcarum parcemiarum collectoribus. Ceterum Stephanus de nominibus urbium, ueluti fontè aperit nobis huius adagij. Siquidem is complures refert Azanias, iamam que sit Arcadiæ pars: in hac fontem quempian esse, cuius aquam qui gustat, hunc usq; adeo à uino abhorre, ut nec odorem ferat.

Alteram Masillie, tertiam Phrygiæ: cuius mentionem fecerit etiam Strabo, libri Geographiæ duodecimo. De hac Hermo genes citante Stephano huiusmodi quandã narrat fabulam. Cum illic frequentes essent uallæ rusticorum, orta ob sterilitatem agrorum fame, collecti pastores rem diuinam fecerunt, fertilitatem à dijs petentes. Ceterum cū dij non audirent illo rum uota, perduraretq; agrorum sterilitas, Euphorbus è pastoribus quidam, nouum sacrificij genus excogitauit. Immolauit enim οὐδὲρ μὲν ἔβην, quod Phrygum lingua sonat, uulpem et Echimum. Hac hostia placatis dijs, agros feraces esse cepisse, quod ubi finitimis pastoribus esset cognitum, Euphorbo sacerdotium et imperium detulerunt: post loci nomen commutatum est, proq; Azania ἡγεωγέου uocati, quod perinde sonat Phrygio sermone, quasi Græce dicat, ἐχινουλώπεια, Latine, Echinoulpem. Huiusmodi sermo Stephanus, ex quibus coniectari licet ex ea fabula nã tan parocianam.

Capra nondum peperit, hædus autem ludit in rebus. X

Ἀἰεὶ οὐπω τέττοκεν, ἕρπος δ' ὠδῶδες ἴα πᾶσι. id est, Nondum

Nondum enixa capra, at iam ludit in edibus hœdus.

Qui postrema, perfidias iam eggereduntur, præteritis ijs, que præcessisse oportuit. Aut qui gloriantur iam assecutos sese, cuius ne fundamenta quidem sunt iacta. Aut qui vè agunt præpostere. Præcis enim peperiſſe, quam ut hœdus ludat in tœdis. Refertur à Zenodoto.

Reperit deus nocentem. XII

Εἷς ἐθεός τῶν ἁλιείων, id est, Reperit deus nocentē. Cū tandem ultio contingit improbis, quasi diuinitus iniussit.

Theocritus in Idyllio decimo:

Εἷς ἐθεός τ' ἁλιείων, ἔχεις πάλαι ἄν' ἐπέβη μὲν, id est, Inuenit deus impium, habes que olim cupiebas.

Theocriti Scholiasites indicat prouerbum et alia forma solitum efferri, εἷς ἐθεός αὐτίου.

Simile est Homericum illud Iliados Δ.

Εἶπ' ἄς γὰς τε καὶ ἄ τ' αἰὶν ἁλίωπιον οὐκ ἐτέλεισεν, id est, Quoniam etenim non punit Iuppiter ilico fontem,

At faciet tandem, et huc in sua crimina magno.

Huc pertinet illud Sophocleum:

Ὅτ' ἄν' δὲ τις θεῶν βλάτῃ, δαύεται ἄν' ὀδῆν ἰχθύων φυχῆν, id est, Vbi quis deorum leserit,

Nemo queat suffugere, quamlibet potens.

Astipulator item senarius ille prouerbialis:

Θεὸς ἢ παλκίῳ οὐδ' ἔπι τῆς κῆδ' ἔροτος, id est, Flagam deorum nullus hominum suffugit.

Pindarus item in Pythijs:

Θεὸς ἢ πῆ ἴδοντ' ἄσπετον κέρξ, ὁ θελασσοῦν πῆρα μελέτῃ Δελφίνα, ὁ ἠψοφόρου τῆρ' ἕκα με ἐροτῶν, id est, Deus et alatum aquilam assequitur, et marinum prœuertitur Delphinum, et elatorum quempiam depreſſit mortaliū.

Astipulator hinc sententiæ et in Olympijs:

Εἶ ἢ θεῶν ἀνὴρ ἦς ἐπὶ τῆς ἰαῖς λαβέμεν, ἔφ' ὧν, ἄμ' ἴδοντ' ἐν, id est, Quod si deum homo quispiam, sperat falsurum se, cum agit aliqua, errat.

Ignavis semper feriae sunt. XII

Qui uiacant ocio, feriari dicuntur, et ocio si feriat, et ocium ferias, que metaphoræ tanquam in prouerbum receptæ sunt.

Theocritus in Bucolicis:

Ἀέριος αἰὲρ ἐροτῆ, id est, Semper feriae inuertuntur. Nam ferijs etiam ethnici à prophænis negocijs abstinebant. Qui fugiant laborem, optant dies festos, quo liceat ociosi, uentrisque et uoluptatibus indulgere.

Siquidem antiquitus in hoc dabatur agricolis feriat dies aliquid, ut lusurarescent lassitudinem. Admiserunt autem religionem, quo moderatiores essent lusus. At hodie Christianorum uulgus, ferijs olim ad pietatis usum institutis, in contumelias, in scorta, in aleas, in rixas, in pugnas, abutitur: nec ullo tempore plus committitur flagitiorū, quam quo maxime conueniebat à flagitijs abesse. Nec unquam magis imitantur ethnicos, quam cum præcipue Christianos oportebat agere. Cumque palam sit, rem uianæ religioni repertam, in religionis perniciæ uergeret: tamen haud cito quo consilio pontifices quotidie ferias addunt ferijs, cum potius cōueniat priuidentes imitari medicos, qui pro ratione morborum mutant remedia, tantū illud ceu scopi spectantes, ut bonæ ualeitudinī conseruent. Proinde cū uideant rem olim pro temporū illorū ratione salubriter institutam: nunc mutatis Christianorum moribus, pestem esse pietatis, que tandem religio est, constitutionem eodē mutare consilio, quo ueteres illi constituerūt

Quod de festis diebus dico, de multis alijs sentiendum est: nō quod damandas exactissime Christianorum ferias, sed quod in immensam uolum crescere: et paucas eas, quas instituit præcorum autoritas, ad id conuerſi capiam, ad quod reuertebantur. Nam uere Christianus, omnis dies festus est. Maluero, que maxima turba est, festi dies minus festi sunt, quam præphæbant. Sed ut ad prouerbum reuertatur, apte accommodabitur in eos, qui iniquum non renantur aliquid, quo sint in ocio: ueluti quibus insuauis sunt literæ, nunc exarsant ualeitudinem, nunc occupationes rei domesticæ, nonnunquam obstat rigor hyemis, aliàs estatis feruor: inter eum autem in periculo sum cœli. Demū auo cat à libris, ueris amenitas, mox fugi tur a. Præſi negant esse rem habendam cū libris, antequam cōcoxerit stomachus. Impræſi obſtrepit fames, quo minus libeat. Luci dicant ignauū esse, domi desiderare. Cæterum ad lucernam uigilare, oculis inimicum. Si suppetit res domesticæ, quosum opus inquit, literis: si deest, negat pauper posse philosophari. Iuuenis negat, eui florem curis semilibus abſtemendum. Profectior aut ualeitudinī parcendum.

Catulae dominas imitantes. XIII

Τὰς δεσπονας αἰ κῆρες μιμῶμεθα, id est, Dominas imitantes catellæ. Vbi serui dominorū serocia representant, ad discipuli præceptoris respiciunt arrogantia, aut ministri principū fastium. Breuiter quoties ij, quod subsunt, eorū exprimentur mores, sub quorū imperio degunt. Vnde est illud Iuena. Maxima queque domus seruus est plena superbis.

Videas autem et Melitæas opulentiarum mulierum delicias, fastium, lasciuam, totaque; ferme morum imaginem reddere. Vbi patitur hoc adagium à Platone, libro de Repub. ociauo, ἄτακτος γὰρ αἰτε κῆρες ἢ τῶν πρῶσι μίαν οἰαῖ πῆ αἰ δέσπονας, γίνονται τε δὴ καὶ ἴπποι καὶ ὄνοι πάνυ ἐλθιδέες καὶ σιμῶνες ἐπίστωλοι ποσειδῶν ἢ τὰς ὀδοὺς ἐμεσῶλλοντες ἰσθ' αἰεὶ ἀπαυτῶδες καὶ μὴ δὲ ἰσότη, id est, Palam enim tum catellæ, iuxta prouerbum, tales quales sunt domine. Tum et equi et asini, tales redduntur, qui assuefacti fuerint admodum libere, fastuloseque per uias ingrediuntur: semper incursantes in obuium ni cœdat.

Tantali poenæ. XIII

τῶν τῶλεοι ἕμεστος, id est, Tantalus supplicia, de ijs dicendum, quibus ad sunt quidem bona, uerum his frui negatiū est. A fabula Tantalus sumptum, quem poëta fingunt apud inferos assistere flumini sitientem, quod si quando ad moueret se potaturus, repente aquam labris contactam refrigerare. Tum capiti immerere arborem pomis onustam, sed eam subito pro rigenti manum aliō subducere sese, atque ita miserum præsentem copia, inopia disfructuari. Id olim in diuites parcos et fordidos dicit uulgo solere, testis est Horatius in sermonibus:

Tantalus à labris sitiens fugientia captat Pocula, quid uideris? mutato nomine de te Fabula narratur, congestis undique; Jaccis Indormis inhians, et tanquam parca sacris Cogersis aut pictus tanquam gaudere tabellis. Idem in Odij: Magnas inter opes inops.

Viro sine maxilla baculus. xv

Ἄνδρὸς γέροντ' αἰ γνάθοις ἐσπεκίσα, id est, Maxilla semibus scipionis est uice.

Dicit solum de ijs, qui ob deficiās etate uires, lauitore pariter et copiosiore uicū coguntur uti, quo quod senectū deterrit, ut canis; sarcini cibo. Manet et in hodiernum senile uerbum: Ego me dentibus meis sustento. Est autē uelut ænigmatum reliquos ingredi pedibus, fenes dentibus. Etenim quod

deceffit natio corporis succo, id cibi ac potus admuniculo  
sarcandum. Videmus illud euenire vulgo, postea quam desit-  
tuit senes edacitas illa, ut e finem immerere.

**Ne verba pro farina.** XVI

Μὰ λόγος ἀντ' ἄλευρον. id est,

Ne verba pro farinis. Adversus eos iaciebatur, qui beneficiū  
verbis, non re dabant. Qui serē magnatum mos est, uti suos  
splendidis promissis alant. Bene autem admonet in Pandectis  
Pomponius iureconsultus, peccatum re, non verbis augendi  
esse. Quadrabit item in eos, qui beneficiū, pollicitis repen-  
dunt. Aut qui consolantur oratione, cum auxilio sit opus. Ve-  
teres quicquid ad uictum pertineret, ἄλματα uocabant. Ap-  
paret e comœdia quampiam sumptum, est enim hemistichium  
carminis Iambici trimetri. De proverbio Aristophanico,  
ὀψὲρ πρὸς τὰ ἄλματα dictum est aliis.

**Ancoras tollere.** XVII

Nonnullam proverbij faciē habet, quod est apud M. Var-  
ronem in opere de re rusticā, capite extremo: Ancoras tolle-  
re, pro eo quod est moliri discessum, quod genus est illud: T a-  
laria melere. Hæc sunt eius uerba: Interdya redit ad nos P auo.  
Et si uultis, inquit, ancoras tollere, latis tabulis sortitio fit  
tribuum, hoc est, si uultis omnia disputatione hinc abire.  
Quamquam hic alluditur ad ambigam tabularum significa-  
tionem, que tum nauticae sunt, tum forenses, quibus suffra-  
gia ferebantur. Huic simile Quintilianicum illud: Oram solu-  
ere. Nam ita pleriq; legunt.

**Ἀμύσοι.** XVIII

Inelegantes et indoctos Græci uocant ἄμύσοι, hoc est,  
à musis alienos. Antiquitus enim nihil eruditum habebatur,  
sine musica. Vnde apud comicos, qui literas se didicisse ne-  
gant, aut se non didicisse musicam. Quintilianus lib. i. cap.  
de musicis laudibus: Deniq; inquit, in proverbium usq; Græ-  
corum celebratus est, indoctos à Musis atq; à Gratijs abesse.  
Plato lib. de Rep. octauo, ἡραμύσοτερον dixit improbio-  
rem et rusticius inuerecundū. Et Athenensium ἄμύσοιαις  
appellat inuuditas parumq; tempestiua fabulās.

**Vitiligator.** XIX

Vitiligatores M. Cato uocabat, litium audios, et alie-  
norum operum calumniatores. Ea q; uox ob nouitatē doctis  
in adagionem abiit, quemadmodum et Homerosastiges et  
Vergiliomasstiges. Plinius in præfatione historie mundi: Era-  
go securi, etiam contra vitiligatores: quos Cato eleganter  
ex uitijs et litigatoribus cōposuit, quid enim illi aliud, quam  
litigant, aut licē querunt? ex quo uerba reliqua propositi.

**Vino uendibili suspensa  
hedera nihil opus.** XX

Vino uendibili suspensa hedera nihil opus, id est, Vera uir-  
tus non eget alienis præconijs. Aut res pro clare, per se plac-  
ent, neq; desiderant exoticam commendationem. Sumptum  
apparet à capponum more, qui uinarijs iaberis signum he-  
deraceum solent pretendere. Ita Plautus idem in Poenilo:  
Inuendibili merci oportet uultro emptorem adducere, proba  
merx facile emptorem reperit. Horatius:  
Vbi largius æquo  
Laudat, uenales qui uult extrudere merces.

**Canere ad myrtum.** XXI

Ἀδ' ἄρ' πρὸς μύρτιον, id est, Ad myrtum canere, pro-  
uerbio iubebatur, imperitius literarum et infancidum, quiq;  
non possent apud eruditos loqui. Hinc sumpta fuit aphorā, qd  
apud ueteres mos est, ut in conuijs singuli suam cantione  
canerent, quod si quis citharam accipere recusasset, ut pote

musices ignarus, is per iocum accepto ramo laureo seu myr-  
teo, cogebatur ad eum canere. Porro trificis hunc canendi  
fuisse morem, testatur et Fabius, libro institutionum primo:  
Vnde, inquit, etiam ille mos, ut in conuijs post cocnā cir-  
cumferretur lyra: cuius cum se imperitum Themistocles con-  
fessus esset, ut uerbis Cicroni: uas, habitus est indoctor. Sed  
ueterum quoq; Romanorum epulis fides ac tibias adhibere  
moris fuit. Platorchus primo Symposiacōn libro, scribit olim  
fuisse morem, ut in conuiuii primum uoce communi deum ca-  
nerent. τῶν ἀνθρώπων, ut ait, deinde myrtum ranum uini-  
cuiq; tradi solere, quem ἄζχορον uocatum existimat, quod  
is, qui eum accepisset, caneret. Post, lyra circūdata, qui perit-  
us artis fuisse, et ac caniebat, canebatq; sonum chordarū  
ad uocem attemperans. Recusantibus aut musices imperitijs,  
σκολιῶν carmen dicebatur, qd nō esset iudicare, neq; cuius  
facile. Alij dicunt myrtum non solere ordine circūdici, sed à  
sponda ad spondā transferri, ut postea quam cecinisset is, qui  
in prima sponda primus sedebat, et traderet, qui in secūdo le-  
cto primus accumberet, hic rursus tertij lecti primo. Dein-  
de rursus primi lecti secundus, secūdo loco in secūda de-  
cumbenti sponda traderet, cuiq; ad modū per omnes iret.  
Hæc ferme Plutarchus.

**Admeti nœnia.** XXII

Ἀδ' ἄρ' ἔσ' μὲλ' ἄρ', id est, Admeti nœnia. De tristi, lugen-  
driq; cantione. Accommodari poterit ad orationem quondā  
ac miserabilem. Accipitur enim cantilene genus, quod σκο-  
λιῶν uocant, de quo multa Iulius Pollux. Dictum est autem  
obliquum, uel à tibiarum figuris, uel quod in conuijs, que-  
admodum modo diximus, obliquo ordine à lecto in lectum se-  
derentur canendi uices. Quiddam huiusmodi cantiones faciles  
et illaboratas intelligunt: nimirum quales oportet esse, que  
inter pocula canuntur et ex tempore. Verum de ijs, deq; sit-  
periore proverbio, qui uolet copiosius edoceri, legat Aristo-  
phanis interpretem, in eo quem modo indicabimus loco. Ada-  
gium ad huiusmodi fabulam referunt: Admetus rex fuit Phe-  
rorum, cuius armenta paujje fingitur Apollo, singere cō-  
ductus, cum ex Olympo depulsus, humana specie exilaret  
apud mortales. Exilij causam hæc adseruit: Aesculapius Apol-  
linis filius Chironem præceptorem medicam artem perdidicere:  
deinde sanguine, qui ex Gorgonis fluxerat uenis, à Pallade  
accepto, per hūc plurimos restituit sanitati. Porro sanguine,  
qui è sinistris defluerat ac uenis, ad perniciem hominum ueba-  
tur, qui è dextris, ad salutem. Quin fabulis uulgatione est, illū  
etiam uita defunctos quodam in uitam reuocasse. Quare ne  
pro deo haberetur apud mortales, cū id uideretur prestare,  
quod decorum est proprium, Iuppiter illum fulmine percussit.  
Ob id indignatus Apollo, Cyclopes qui ioui fulmen illud fue-  
rant fabricati, peruenit. Quam rem indignè ferens Iuppiter,  
Apollinem destinarat e caelo ad inferos precipitem dare, sed  
Latone interuentus, preceq; matorem uocant imperitauit.  
Itaq; caelo interdictione est, uisus solum uenire, damnatusq;  
ut annum apud hominem mortalem mercede feruiret. Igitur  
ad Admetum profectus Apollo regis armenta, sicuti dictum  
est, pascebat: et ut erat artifex effectus, ut omnes uocæ ge-  
nellios parerent. Cuiq; apud Admetum per quādam huic  
esset habitus, ut patrono gratia officij referret, à Percis im-  
petrauit, ut cū in illarū fustis Admeti fatalis dies uolueret, si  
ceret hæc lege morte effugere, si quem aliu reperisset, qui uo-  
lens illius uice morte oppetere uellet, suq; capitis dispendio  
illius uitam redimere. Ergo cum addesit dies ille fatalis, neq;  
quāquam inueniretur, qui mortis uicarius esse uellet, patre  
etiam ac

etiam de matre recitantibus, una Alceſtis uxor mariti uicium sua carioreni habuit. Quæ deſuncta, ſtridule quædã ex Ingu tres nenie de cantabantur aſidue apud Admetum, donec mota Proſperina, remiſiſſe Alceſtidem. Aut, ut quidã dicunt, donec Hercules, expugnato Orco, hanc ad ſuperos rediit. Meminit τῆς ἡ Μελίης, etiam Euripides in Alceſtide: Διός τε ἡ Μελίη κόλυβη.

Notat etiam Ariſtophanes in Veſpib: Ἄδῃ, κλέωνος λοβὸς μοῦσος ἡ δειξιὰς ἀδ' ἡμῶν λόγος. Cantit Cleonis apprehenſa dextera. Admeti orationem:

Interpres citat hos uerſiculos ex fabulã ciconijs: Ο μὲν ἔδην ἀδ' ἡμῶν λοβὸς πρὸς μνηστῆρας. Ο δ' αὐτὸν ἠναγκάζει δὲ μοδὸν ἡ Μελίη. id eſt Atq; iſ quidem canebat Admeti modos Admyrium, at alter adegit Harmodij melos Vt caneret.

**Bellum haud quaquam lachrymofum.** XXXIII

Ἄδ' ἡμῶν πόλεμος, id eſt, Bellum lachrymis carens, ubi uictoria contigit citra cædem et ſanguinem. Aut ubi quis eſt periculoſo quopiam negotio ſic extricauit ſeſe, ut nullo ſuo malo diſceſſerit: ſue cum rixiſi uerbis inter ſe diſgladiantur, nec eſt quicquam periculi, ne ueniat ad manus. Aut ubi certationem agitur cuiſmodi, ut neutri parti quicquam accidat incommodi: uelut in conſtitutione literaria, in qua uictus diſcedit eruditior, uictor amior. Natum autẽ eſt uictus quodãmodo arculo Dodoneo, quo reſpoſiſſum Lacedæmonijs: aduerſus Arcadas pugnatuſ: τὸ ἄκρω πόλεμος ἑσθλός, id eſt, Bellum ſine lachrymis futurum. Deinde contigit illi uictorian, nempe prorfus inter ſeſo. Non item incruentam uictorian uocamus, cum nulla cæde contingit uictoria: et apud Grecos, ἐνομοῖτι νίκη, id eſt, Citra ſanguinẽ uincere. Plutarchus in cõmentario de fortuna Romanorũ, Ἰδακρω νίκην appellat eam, quam Paulus Aemilius de Perſa reperceit. Eſt uero prowerbiũ etiam ad hunc modũ ἐνομοῖτων ἑσθλὸς ἑσθλῶσων. id eſt, Incruentum ſtatuit trophæum. Celebratur inter Pittaci oracula illud quoq;: Δεῖν τὰς νίκας ἐκὼν αἰματὸς ποιεῖσθαι. Oportere uictoriaſ citra ſanguinem fieri. Autor Lærtius. Nec abhorret hinc illud, quod in Grecorũ commentarijs reperio: τὸ δὲ μὲν ἡσθλὸν κενὸν νικῆ, id eſt, Bellum quoddam abſq; ferro motum eſt in Grecia. Significat autem bellũ, quod oratione, non armis peragitur. Nam id demum uiris ſapientibus dignum. Alioquin ferro congredi ferarum eſt et gladiatorũ, quos equidem infra ferarum genus pono. Et tamen nemo crediturus erat, niſi cerneremus oculis, quãotopere hæc bellandiratio placeat principibus Chriſtianis. Pugnatuſ machinũ, quales nulla unquam ethnicoſum feritas, aut nulla barbaries excogitauit. Quin eſt apud Germanos populũ, cuius hæc præcipua gloria, quam plurimos mortales ferro trucidat, quod cum per ſe immane eſt, tum hoc etiam facidũ, quod hoc faciunt mercede conducti: ueluti carnifices quiſpiam ad lanienam precio emptus. Atq; hæc tum magis erunt prowerbialia, ſi longius tranſferantur: puta, ad litẽ forenſem, contentionem, aut aliud id genus certamen.

**Flet uictus, uictor interijt.** XXXIII

κλαυὲ δ' νικηθεὶς ὃ δ' νικῆσθες ἑσθλὸς ἄλλω. id eſt, Qui uicit, periit, plorat, qui ſuccubere. Quoties utraq; pars magno ſuo malo diſcedit: ita ut plerũq; ſolet in bellis accidere. Item in litibus forenſibus, in cõtentione

nibus, Nam Heſiodus duas facit Eridas, quarum altera peſſiſſera ſit mortalibus, altera ſuſſigra. In priore certaminis genere, qui uicerit, diſcedit improbius, qui uictus ſit iuſtior. In poſteriore, qui ſuperior euſerit, diſcedit clarior: qui ſuperatus fuerit, diſcedit ſeipſo melior. Tradunt hoc natũ a Sibylle Erythreæ uaticinio, qd' ædidi, de pugna apud Chæroneam commiſſa. Nam illic Athenienſes cum Thebanis uicti, perierunt. Philippus uictor protinus a Pausania ſublatuſ eſt. Meminit huius Georgius Gemĩtuſ in Hellenicis. Quãquam idem olim iſu uenit Troianis et Grecis, poſt inſanſimum bellum, pro mala muliercula tot animos gredum. Nam Troia fundituſ uerſa eſt, Greci uictiores, aut in uictum perierunt, aut domi reperere perniciem.

**Timidi nunquam ſtatuerunt trophæum.** XXXV

Ἄλλ' οἱ γὰρ ἐδυνάμυντες ἀνδρείες, οὐ ποτε τρὸφῶσων ἐσθλῶντο. id eſt, At enim trophæum nobile haud unquam uiri ſtatuerunt pauidi.

Suidas ex Eupolide citat. Viſitator à Cratone in Critia: Αλλὰ γὰρ ἐδυνάμυντες ἀνδρείες οὐ ποτε τρὸφῶσων ἐσθλῶν. Aptè dicitur in eos, qui per animi ſocordia, inertiamq; nihil egregium, nihil arduum audent aggredi: aut qui periculi metu, à magnis abſtinent negocijs. Cum in ſignis gloria non niſi magnis periculis contingat. Neq; triumphum egit quiſquã qui non ſit auſus Martis euentum experiri. Eſt ſimile quiddã apud Hebræum illum conſonatoreum: non facere ſementem, qui ſuperſtitioſius obſeruet uentum: et qui conſideret nubes, hinc haud unquam metere.

**Vnã cum ipſis manipulis.** XXXVI

Ἀντὸς ἀμύλας, id eſt, Cum ipſis manipulis. Cum omnia fundituſ pereant, hoc eſt, cũ ne gluma quidẽ ſit reliquũ. Prowerbiũ à ſuſticiſ natum uidetur. Reſertur à Suida.

**Ne Aefopum quidem triuifi.** XXXVII

Οὐδὲ τὸν αἰσώπων πεπλάττω, id eſt, Ne Aefopum quidem triuifi. De uehementer ſtupidis et imperitijs, Reſertur à Suida. Extat autem apud Ariſtophanem in auibus: Α μαθητὸς ἦς ἔφυς, κού πλετοργάμων Οὐδ' αἰσώπων πεπλάττω. id eſt, Indociliſ enim es, neq; ſat ſolerſ, Neq; triuifi ſaltem Aefopum. Nam antiquiuſ Aefopi fibellaſ etiam ualguſ idotarum tenebat. Hæc igitur non legiſſet, niſi ſeire uidebatur.

**Vulpes bouem agit.** XXXVIII

Ἀλώσων τὸν βόυν ἑλασσα, id eſt, Vulpes bouem ducit. Cum res abſurde geritur. Nihil enim uulpi cum agricultura: ne ueluti ſi quis poëta de rebus ſacris concionetur: aut ſeno tractet rempublicam. Licet et ad cum torquere, qui non ex animo, ſed aliõ ſpectans, ſingit ſe quãppiam uelle facere. Extat et hoc apud Suidam.

**Non ineſt remedium aduerſus ſycophantæ morſum.** XXXIX

Ἄλλ' οὐκ ἔνεστι σοκοφάντων δίκματῶ. id eſt, Aduerſus autem ſycophantæ morſum non ineſt. Subaudiendum φέρεται, id eſt, remedium. Dictum eſt in eademuniã, cuius morſus non ſolum pernicioſiſſimus eſt, ne ueritatem inuẽtibilib, quod clancularius plerũq;. Olim remedia quædam audis ineſſe creditum eſt: uelut aduerſus ſerpentium morſum, aut morbum aliquem, aut ſiſcinationem. Ad id alludens Ariſtophanes in Pluto: Ἄλλ' οὐκ ἔνεστι, inquit, σοκοφάντων δίκματῶ. id eſt, Aduerſus

Aduersus aut scyphante non inest Morsum remediū.

Indoctior Philonide.

Απαλαίπερος φιλωνίδης, id est, Indoctior Philonide. Hic Melitensis erat p̄grandi corpore, ceterū insulsus et indoctus. Notatur aliquoties apud Aristophanem, ut mulie- rous, et in paradysis profusus.

Apage hospitem in tempestate.

Απαγε ξένον εν χειμῶνι, id est, Apage hospitem in tem- pestate. Dicit solitum ubi quis importunius adueniret. Nā mo- lestiam adferunt hospites, si quando in rebus aduersis et affli- ctis superueniunt. Quando familiares magis adesse conuenit, egrimonia leniores. Recte accomonodabitur, si quando pe- tritur quippiam a principe, negocijs parum letis occupato. Admonet idē adagiū, ne quis externus, domesticis aliorū ma- lis admisceat se. Simile quiddā dixit Euripides in Alceſtide:

Ἄρα τὸν ξένον Σπυγὸς δὲ κακῶς, εἰ κακῶς ἀπὸ γυναικῶς id est, An non mihi iure optimo Inuisus hospes, qui in malis adueniret?

Verba serui ad Heracleum aduenientem, como Admeti iam oc- cupata lectu.

Ρυφός in eadem fabula: Αὐπυμῆνοις ὀχληρὸς εἰ μολοί ξένῳ. id est, Molestus hospes tribulibus si aduenierit.

Dentem denterodere.

Dentem dente rodere dicitur, qui carpit eum, qui neq; lædi queat, neq; sentiat. Aut qui mordet, pari mordacitate prede- tum quempiā. Martialis lib. 13. in obreſcitatore quendam: Quid dentem dente inuabit

Rodere carne opus est, si satur esse uelis.

Iouem lapidem iurare.

Iouem lapidem iurare, dicitur, qui sancte et religioſe de- ierant. M. Tullius epistoliarum familiarium septimo ad Tre- batium. Quomodo autem tibi placebit, Iouem lapidem iura- re, cum scias iratum esse Iouem nemini posse? Sumpsi a pri- sco ferendi fœderis ritu, quod a patre parato manu tenente lapidem conceptis uerbis peragebatur. Quomodo modū descri- bit T. Lilius et Macrobius. Vtebantur et Arabes lapide in feriendis fœderibus, quemadmodum refert Herodotus in ter- tio. Adagiū uarie poterit usurpari: Ego tibi super hac re non dubitem, uel Iouem Lapide iurare, id est, quantumuis sancte. Huic iurato fidem habere malim, quam tibi Iouem lapide, ut aiunt iuranti. Iouem lapidem iurabat, nihil istiusmodi cogi- tatum fuisse, id est, magno opere affuebat. A. Gellius in no- ticijs usurpauit ad hunc modū: Iouem lapidem, inquit, quod sanctissimum ius uindictam est habitum, paratus sum ego iu- rare. Vergilium hoc nunquam scripsisse. Apuleius in sermo- ne de deo Socratis: Quid igitur iurabo per Iouem lapidem, Romano ueritissimō ritu? Veteres per caput illius quem cha- rissimum habebant iurabant, Romani per genium principis; Socrates per canem et anserem, Zeno Citiensis per cappa- rim, pleriq; per brasciam, uel μὰ τὴν κρημῆλιν, quod multis exemplis ē ueterum poematibus repetitis docet Athe- nezus libro nono, eo quod huic diuinatoria quedam uis insi- t; eoq; et sacram habitam adit.

Cimmeriæ tenebræ.

Multam obscuritatem, aut animi caliginem Cimmerias te- nebras appellant. Lactantius institutionum diuinarum lib. 4. O cæci pectus, o mente Cimmerijs, ut aiunt, tenebris atrio- rem. Et hunc uelut emulatus diuis Hieronymus, ut Lactan- tiane admirator eloquentie. Rogo, inquit, que tanta est cæ- citas, et Cimmerijs, sicut aiunt, tenebris inuoluta? Natū ada-

giū a Cimmeriæ regionis prodigiosa obscuritate. De qua Strabo libro Geographicæ primo, scribit in hunc modum: καὶ μὲν τὸ τὸν κίμμεριον βόσσορον οὐδὲ τοὺς κίμ- μερίας ἐδ' ὄψεσθαι, οὐδ' ἴσθαι τὸ ἴδιον, ἀλλὰ τὸν κίμμεριον ἐν δ' ὄψεσθαι, τὸν δὲ τρυφῶν οἱ κερ' αὐτῶν ἢ μικροτέρῳ οὐδ' ἐμείλιξι ἰσθίαις ἐπέδ' ἑαυτοῦ ἢ γὰρ ἐκ βοσσορῶν πᾶσι. αὐν' ἴσθητ' γὰρ καὶ τὸ κλίμα ἐν ἡρώεσσι αὐτῶν βοσσο- ρῶν ὅτι καὶ ἡσθ' ὄψεσθαι.

Ἡερί τὴν νεφέλην κικαλιμμενοι, οὐδ' ἐστ' αὐτοὺς ἡέλιῳ φαείων ἐπιλάμψετα.

Αλλ' ἡδὴ νῦν βλοῖ τείταται. id est,

Quin Bosphorum quoq; Cimmerium cognouit, ut qui Cime- merios non ignorauit. Neq; enim uidelicet cum Cimmeriorū nomen cognitum haberit, ipſos ignorauit, qua temporibus illius, uel paulo ante illius etatē ad Bosphoro ad Ioniam usq; terram omnem percaſarint. Itaq; quoniam in climate sita sit illorum regio, uelut inuuit, cum eam caliginosam facit: et ut ipſius uar uerbis: Vmbris ac nebulis tecta, siquidē igneus illos Haud inquam irradiat Phœbus, nox atra sed illis Ingruit æſidue.

Porro locus quem Strabo citauit, nunquam uerbis aliquot uarians a poeta, est apud Homerum Odysseæ undecimo:

Ἠδ' ἐς πέρας ἰκονε βοάει' ἴος ὠκεανοῖο. Ἐνθα ἢ κίμμεριον ἀνδρῶν δ' ἡμῶν τὸ πῶλιε τε ἡερί καὶ νεφέλην κικαλιμμενοι, οὐδ' ἐστ' αὐτοὺς ἡέλιῳ φαείων ἐπιλάμψετ' ἀκτινισσῶν, οὐδ' ἐστ' ἄρ' εὐκαίριος πῆος οὐρανῶν ἀεθέρων, οὐδ' ἐστ' ἄρ' ἀπ' ἡδὴ γάλαρ ἀπ' οὐρανῶν περσέειπθη, ἀλλ' ἐπὶ νῦν βλοῖ τείταται Δαδοῖσι θεοτοιοί. id est,

Ast ille Oceani peruenit summa profundū.

Illic sunt populij, et moenia Cimmeriorum,

Nubibus et cæca æſidue solagine tecta.

Illos haud inquam radijs sol afficit ardens,

Nec quando aſtriferum circumperit arduus axem,

Nec rursum ad terras magno deuctus olympo,

Sed nox incumbit miseri mortalibus atra.

Cimmeriorum mentionem facit etiam M. Tullius, lib. Acadē- micarum questionum quarto. Et Cimmerijs quidem, quibus aspectum solis, siue deus illius, siue natura ademerat, siue eius loci, quem incolebant sitis; ignes tamen aderant, quorū illis uti lumine licebat. Isti autem, quos tu probas, et cetera.

Et in hac regione Naſo poeta Somno deo regiam edificauit,

libro transformationum undecimo:

Est prope Cimmerios longo spelunca recessu

Mons caeuis, ignaui domus et penetrabilis Somni,

Quo nunquam radijs oriens, mediusq; cadensq;

Phœbus adire potest: nebulæ caliginæ mixtæ

Exhalantur hemo, dubiæq; crepuscula lucis.

Apud Græcos constanter per duplex m, scriptum inuenio:

tunc si refragatur etymologia, quam adferit Eustathius au-

tomans κίμμεριος dictos, quasi εἰς τὸ ἀέρι καίμυρος.

Sed uero propius est κίμμεριος uocatos, quasi χειμῆριος;

quanquam hic quoq; m, simplex.

Frustra Herculi.

Ἐνὶ τῷ ἠεροῦσι. Frustra Herculi, subaudi, calumniam

struxeris. De his dici consuevit, qui sic omnia sua negotia ge-

runt, ut nemo queat aut audeat calumniari. Nā Herculi mos

erat res alienas uti abducere, non dolo. Conuenit aut in tene-

menter laudatum, probatumq;, aut in prepotentem, quod inſi-

mulare tutum non sit. M. Cato Censorius plus quadragesim

in ius uocatus fuisse memoratur, semper iudicium absolutus sen-

tentijs.

tenijis. Hunc Cæsar in Anticatoibus insimulant avaritie. Id Phalarchus perinde scribit esse, quasi si quis Herculem insimulet ignavie. Nihil enim minus in Hercule quadrat, quam hoc criminis. Stant qui putent congruere, cum aliquis omnia facit impune, nec à quoquam accusatur. Quemadmodum Hercules impune res alienas consuevit abigere.

**Nem in nerum erumpat.** xxxv i

Terentius in Phormione: Verum hoc sepe Phormio ue-  
ror, ne ista fortitudo in nerum erumpat deniq; Quadrat in tener ariam, inconsideratamq; audaciam, que plerumque infelix esse solet, et in maximum malū aliquando adducere. Donatus interpres à sagittarijs sumptam metaphoram exci-  
piunt: qui dum nerum ar culem adducunt immodice, rum-  
pant nonnumquam, idq; non sine suo periculo.

**Ipsa senectus morbus est.** xxxv ii

Terentius in Phormione: Ipsa senectus morbus est. Prouer-  
biali figurā dictum uidetur. Nam in senibus, ut absit morbus, ipsa senectas per se mala ualeatudo est. Vnde illud frequēs apud Homerum: χαλεπὴ γῆρας. id est, Molestā senectus.

Iliados θ.

εἰ δὲ βίη λελυγῆ, χαλεπὴ δ' ἐστὶ γῆρας ὀπ' ἄρθε. id est,  
Viribus effectum, iam te premit aspera senectus.

Et apud Vergiliū:

Subeunt morbi tristisq; senectus. Horatius in arte poetica:  
Multa ferunt anni uenientes commoda secum.  
Multa recedentes adiunnt. Iuuenalis  
Circumsiluit agmine factō  
Morborum omne genus.

Nos item in carmine, de senectutis incommodis:

Teterrima porro Senectā morbus ingens  
Nullis arceriue potest, pellue medelis,  
Quin derepente oborta  
Corporis epotet succos animiq; iugorem Ebetet.

Idem testatur senarius ille prouerbialis:

ἄβουδ β' ἤρας, οὐ γὰρ ἴσχετα μόνου, id est,  
Actue senectam, non enim sola aduenit. Item:  
χαλεπὴ γ' ἤρας ἔστιν ἀνδραπόσις βλάσθ'. id est,  
Per graue senectus est onus mortalibus.

Huc allusit amicus Plautina, que tarditatem incessus excusans,  
ait se graue pondus gestare. Tantiū, inquit, hoc oneris quod  
fero. Quid oneris Annos septuaginta et quatuor. Item M.  
Tullius in Catone maiore: Que plerisq; senibus sic odiosa  
est, ut onus se Actina grauius dicat sustinere. Aristoteles quin-  
to de animalibus lib. senectutem appellat νόσου φυσικῆν,  
id est, Morbum naturalem: quemadmodum et morbus, seu  
onus est aduentitia. Propterea quod nonnulli morbi idem effi-  
ciant in homine, quod senectus: et senectus similia gignat,  
qualia morbi. Seneca morbum insanabilem appellat. Donatus  
ad scribit uerba Apollodori ex Greca comedia:  
τὸ ἤρας ἔστιν αὐτὸ νόσημα. id est,  
Ipsa senectus morbus est.

**Adrastia Nemeſis. Rham-  
nusia Nemeſis.** xxxv iii

Ἀδράστια νέμεσις, id est, Adrastia Nemeſis, subaudiē-  
tium, adest, aut aderit, aut eiusmodi quāppiam. Licebit uti uel  
in eos, quibus ob insolentiam, arrogantiamq; fortune con-  
tinuationem minatur: uel qui à rebus florentibus, ad cala-  
mitosam sortitam redacti sunt. Hanc quidā Nemeſim deam  
esse putant, insolentie et arrogantie uindictam, queq; spes  
immoderatas et uetet, et puniat, ἀδράστια δὲ καὶ τῶ  
ἔσθρα καὶ μόριε καὶ θρασυαῖς, quod nemo nocens me-

ritam potnam in suam effingerit: etiam si quando serius asse-  
quitur. Lucianus in meretricijs dialogis: ἔστι τις θεὸς ἢ  
ἀδράστια, καὶ τὰ τοιαῦτα ἐπιτί. id est, Est dea que tuam  
Adrastia, uidetq; ista.

Ἀδράστια ἡμῶν ἀδ' ἰδὸς παῖς, Euphrides in Rbeſto:  
Εὐφροῆς κομμάτων φθόνου. id est,  
Adrastia Iouis filia,

Arceas dātorum in diadum. Idem in eadem fabula.  
τῶν δ' ἀδράστια λέγουρ. id est,

Volente uero dixerim hoc Adrastia.

Idem testantur etiam Epigrammata:  
Ἡ νέμεσις προλέγει τῷ πᾶσι τῷ τε χαλινῶ  
Μητ' ἄμεινον τε ποιῆρ μὰτ' ἀρχαλίνα λέγειρ. id est,  
Immut hoc Nemeſis cubito, frenoq; gerendis

Sit modus in rebus, dictaq; frenum habeat. Item aliud.  
Ἡ νέμεσις πύχρον κατέχο, τιν' ἔθωκεν, λείπει.  
Πᾶσι ἀπαρχέλλω, μάλ' ἢ ὑπὲρ τ' μέτρον. id est,

Continco Nemeſis cubitum. Que causa, requires.  
Nam cunctis iubeo rebus adesse modum.

Strabo lib. Geographie. 13. Adrastianā dictam tradit, non ab  
aufugiendo, sed ab Adrastro rege, qui primus huius templi cō-  
stituitur, idq; Antimachi poete uerſibus confirmat:  
ἔστι δ' ἑλθε νέμεσις μετὰ τὸν θεόν, ἢ τὸ δὲ πᾶσι  
πρὸς μακάρον ἔλαχον. ἑομορὸν δ' εἰ οἱ εἰπέτο ἡσῶν  
Ἀδραστ' ἔπαμοιο ἡκαί ἑοσ ἀσκήσοιο,  
ἔπειτα τετιμᾶται τε καὶ ἀδράστια καλεῖται. id est,

Est quedam Nemeſis dea magna, cui omnia quadam hæc  
Sunt data sorte diuina. Ast huic primus condidit aram  
Adrastus iuxta Aesopi sacra fluenta.

Atq; inibi, coliturq; tenetq; Adrastia nemeſis.

Huius oppidi meminit libro quinto, cap. 32. his uerbis: Παρὶ  
Colonia quam Homerus Adrastianam appellauit. Huius Adra-  
stie mentionem facit et Plato in Bædro. Zenodotus origi-  
nem adagionis ad huiusmodi fabulam refert, quam equeidem  
non admodum sanè lubens, adscribam tamen ne lectore audiū  
hac fraudasse uidear. Eteocles et Polynices, post interitum  
Oedipi patris, de regno Thebanorum hæc lege pacti sunt, ut  
imperium æternis annis admittuntarent. At Eteocles, nam  
huic forte prius obligat at annis, exacto tempore recessit-  
uit fratri uicem tradere. Itaque Polynices repulsus, in  
Adrasti ditionem Argos profugit, noctūq; appulit. Hic cum  
forte T ydeum esset natus, qui ob eadem peccet at am è Ca-  
lydone profugerat, cū eodem prælium conseruit: inter quos  
clamore tumultūq; coorto, interuenit Adrastus, et pugnan-  
tes diremit. Atque ibi simul recordatus oraculi cuiusdam, quo  
monitus fuerat, ut apud e leoni filias suas in matrimonium  
collocaret, utrunque sibi generum ascium. Habebant enim  
in clypeis, alter apri, alter leonis figuram: pollicisq; esse se  
utrunque restitutum in patriam. Cumq; primum Polyni-  
ces nomine Thebas fuisset adortus, cæsis Argiuorum opti-  
matibus, Adrastus solus effugit. Interfectorum cadauera  
cum Thebanis insepulta abijcerent, neque sepultura digna-  
rentur, liberi casorum ad aram Misericordie confugientes,  
parentum cadauera repositabant. Atheniensium exercitum  
admonuissent, Theban cadauera reddiderunt. Quo tem-  
pore et Euadrie Capanei iocor, semet in rogam abijcens,  
unā cum uiri cadauera combuſta est. Post id temporis filij  
Argiuorum, qui perierant ad Thebas, nullam inquam re-  
portarunt uictoriam, suis partam auspicijs: sed suspenda-  
rij pro externis militabant. Diogenianus parentum esset  
ad hunc modum: ἡ νέμεσις ἡκαί τῶν ἀδράστια, id est,

Kentesis ad pedes adest: Eadem appellatur Rhamnusia, à Rhamnunte Atticæ loco cognominata, ubi quemadmodum offendit Zenodotus huic deæ statua est. Solido lapide, decem cubitorum magnitudine, Phidias opus. Fingebatur autè olim Veneris specie, quemobrem et malum arborum dextra tenebat, ut autor est Eudemos. Hoc adagiũ quorundam sepe ait Zenodotus, mihi tamen usum est cum superiore coniungere, cum nihil interfit præter commutatam cognominis uocem.

**Risus syncrusus.** XXIX

Ἑλως συγκροσι. Risum effusiorè, Greci συγκροσιον uocant, quod hominem quatiat, quem eundem quidam existimant Sardoniam esse. Putant autem, et recte putant, hunc risum graui uiro uehementer in decorum esse, propterea ea quod uideatur ab animo impotente proficisci. Siquidem ut turpe est uiro graui muliebre more euolare, si quid doleat, ita gaulio inmoderato in cachinnum effundi parũ decorũ est.

**Rosam quæ præterierit, nequaras iterum.** XL

ῥόδου ἄλλοθι μακρὰ ἔκειτο πόλιμ. id est, Ne quere rursum præteritam semelrosam. Ne te maceres desiderio rerum, que reuocari, restituiq; non queunt, uelut ex æste inuentæ, formæ, uirium, fortune. Nam ut nihil est rosa gratis, ita nihil minus diuturnum. In eundè sensum dixit in Odis Horatius: Mitte sectari, rosa quo locorum Sera moretur.

Habent enim rose suum tempus, sed perbreue. At exquisitius delicati, etiam alieno tempore rosam querunt. Vnde quadrabit et in eos, qui iam ἔσσοσι uoluptates sectantur: uelut si in eibus ludat uir, aut amet potioneque senex.

**Rosa cum anemona confers.** XLI

ῥόδου ἀνεμώνη συγκρίσις, id est, Rosam cum anemona confers. Vbi quis uehementer imparia inter se componit, Rosa prifcis in precio fuit. Anemona papaueris generis, cuius flos specie quidam rosam imitatur, ceterum nulla odoris gratia.

**Rosas loqui.** XLII

ῥόδα μὲ εἰρηκαῖα, id est, Rosas mihi locutus es, id est, uerba gratissima, et rosarum instar anabilia. Suidas ex Aristophane citat, apud quos est ἔρ ἡσθλαῖα, Sic et Plautus in Pœnulo: Obsecro hercle, ut multa loquatur. Huic affine Persianum illud:

Non nunc è tumulo, non nunc è manibus istis, Nascentur uiole. Actiolum:

Quicquid calcauerit hic, rosa fiat. Cui diuersum est illud ex Aulularia Plauti, Lapidis loqueris, quod illi dicta quasi cerebrum, exuterent.

**Rhodij sacrificium.** XLIII

ῥόδιον τῶν θυσιαμ, id est, Rhodienses sacrificium. Vbi res uirgij et uerbis male ominatis peragitur, Refertur à Diogeniano. Idem est cũ eo, quod paulo superius retulimus, λιγδιον τῶν θυσιαμ, id est, Lindij sacrum. Nam Lindus ciuitas in Rhodo est, teste Stephano, à qua deductum uideri possit Londinum apud Britannos, quam urbem Stephanus Lindonium uocat, citatq; Marcianum autorem. Siquidem utraq; insula est, Rhodus et Britannia, ac uetus eius gentis lingua, que nunc Vudica dicitur, satis indicat, eam aut profectam à Grecis aut certe mixtam fuisse. Ne mores quidè admodum disident à Grecanicis.

**Rhodiorum oraculum.** XLIII

ῥόδιον ῥησιμίας, id est, Rhodiensium oraculum. Vbi

quis de re minuta nimium crebro, nimiumq; diligenter seiscitur. Etenim Rhodienses Lindie Mineræ sacrificantes, dies aliquot apud aram deæ, conuiuia prorogabant, atque inibi perpetuo manebant. Cumq; illis mos non esset, matula in sacrificium inferre, ac super hac re deum consuluisse, atq; ut inferrent, respondisset: illi rursus ambigere cœperunt, utrum arcam, an testacæ inferre deberet: ac demum super hoc adiectibus oraculum indignatus deus, neutram respondit. Refertur à Diogeniano.

**Rusticanum oratorem ne contemperis.** XLV

Ἀρχοῖς μὴ καταφρόνεις ῥητοῖ, id est, Rusticatum ne contemperis rhetorem. Admonet adagium ne quem ob imperitiam, infantiãne fastidiamus. Neque spectemus à quo, quoue pacto dicatur, sed quid. Qui ualent eloquentia, non perinde curandum est, quid moneant, aut polliceantur. At penes quos rusticana ueritas est, si quid uel inculcè dixerint, haud quauam oportebit negligere. Siquidem huiusmodi plus solent efficere, quam loqui. Autor Diogenianus.

**Rus ciuitas.** XLVI

Ἀρχὸς ἢ πόλις, id est, Rus ciuitas. Vbi quis in urbe neglectis legibus, uis, proq; sua libidine gerit. In ciuitatibus enim legibus ex aequo uiuatur, in agris licentius agitur, Epicharmus apud Diogenianũ, ἔσσο ῥῆ πῶδαμ ῥησις, id est, E ciuitate rus facis. Quadrabit etiam in ciuitatem in qua legum non magnus habetur respectus. Huc alluist Seneca in ludicro libello, quem ludit in Claudium imperatorem: Vix mera mæpalia fecistis, uolo seruetis disciplinam curia.

**Cicernus Bacchus.** XLVII

Ἐρεθισθὶ Διόνυσος, id est, Cicernus Bacchus. Vere uehementer contempta. Sumptum adagiũ à potu ex leguminibus confecto, qui uinum imitatur. Veteres autem diuersis rationibus uinum effingebant, quarum nonnullas commemorat Plinius lib. 14. cap. 16. Idem lib. 22. cap. 25. meminit de Zeytho Aegyptiorũ, Celia Hispanorũ, Cernisia Gallorũ. Erat id potus generis ex leguminibus, coctũ, quod inopia uini reperitum est in his regionibus, que uitem non ferunt. Hinc natũ uideri potest et illud, qd' alibi retulimus adagiũ, οὐδὲμ πρὸς Διόνυσον, id est, Nihil ad Bacchum, ut id dixerit quispian gustat a cernisia. Porro contempum fastidiamq; fuisse cernisiam, ijs qui etatenus assueuerant uino, uel epigramma testatur, quod Iuliano imperatori tribuitur. Id est huiusmodi:

ῤῆς, πῶδες εἰς εἰόνυσος; μὰ ῥῆ τὸν ἄλκινα βάρκορον  
Οὐ δ' ἐπιγινώσκω, πῶν διὰς οἶλα μόνον.  
ἔβηθ' ἡνὲρ ἄδωδὸς, σὺ δ' ἔβην, ἢ ῥῆος κελτοῖ  
τῆ πρὸμ ἑδῶσων πῆσων ἀπ' ἀσσοῦσων.  
τῶ σὲ ῥῆ καλέσθ, δημῆσιον, οὐ Διόνυσον,  
Πυροῦσιν μᾶλλον, ἢ ἑσῶμορον, οὐ βροῦμορον. id est,

Bacche quis uideus ueneris: uinum tibi deiero Bacchum, Te haud noui, tantum est cognitus ille Iouis. Is nectar redolet, hircum tu, dic age non te E spicis fixit Gallia uitis inopis?

Non igitur Bacchum te dixerò, sed Cerealem, Et frumentigenam, nec Bromum, imò Bromum.

Est autem Bromos herdei generis quoddam. Sed à Theophrasto libro de plantis ostendit, inter cæa ponitur, que penè syluestria sunt et immiria. Plinius potissimum ipsum eius generis putat, quod illius stroma citem fecerunt in facie nutrit. Nam quod ad potum ipsum attinet, inquit, præstat, ad uini transire mentionem. Neq; uero repugnari, sicut magis libeat ad uitiu sacrorũ Bacchi referre prouerbũ, in quibus imitatur

tanina membri obsceni uirilii capitiue, ac femoribus obli-  
gabant, atq; ita salabant in honorem dei. Eas figuris Græ-  
ci Phallos uocant, unde et apud Terentianum grammati-  
ci cognomen Phallici carminis. Qui ferebat φαλλοφοροί,  
et ἰσχυραῖοι dicebatur. Alludit hic Aristoph. in Acharn.

Ἐπιγεβῆται ὀλίμῳ ἄλλοτρίῳ ξύλῳ  
ὅ φασὶν ἄλλοτρίῳ ἐστὶν ἰσχυρῶς  
Ἐργῶ δ' ἄλλοτρίῳ πύσσου καὶ τῷ φαλλοφόρῳ.

Effingebatur autem olim hoc membrū in ligno ficulno, quod  
molliciet dedicauit antiquitas, unde et Horatius eodem in li-  
gno suum Priapum excelsit. Seruius existimat Maronē itē  
Georgicorum libro secundo de ijs phallus fensisse, cum sacra  
Bacchi describens de pensibus ocellis facit mentionem:

Ocella ex alia suspendit molliū pinnis.  
Ea scribit et floribus concinnari solere, ad imaginem obsceni  
uironum membri, ac per intercolumnia suspendi, quo qui in  
ea incidissent, risum mouerent. Hinc igitur Baccho cognomē  
Erebinthi, quem eundem simili de causa Morychum appella-  
runt, uidelicet facilitate nimis contempnum inuitante.

**Ne quare mollia, ne tibi  
contingant dura.** XLVIII

Μὴ τὰ μαλακὰ μώλω, μὴ τὰ σκληρὰ ἔχης. id est,  
Ne quare mollia, ne dura feras. Refertur à Phernato in ope  
re de natura deorum, capite de Musis, et ita refertur tan-  
quam uulgo factum. Congruit in eos, qui dum nimis impro-  
be, ac morose petunt, que uolunt, offensis ijs, à quibus petunt,  
accipiunt ea, que nolunt. Aut in eos, qui dum præter modum  
captant uoluptatem, incidunt in molestiam.

**Ne Excecidis quidem  
uiam inuenerit.** XLIX

Οὐ δ' ἐξυκεῖσθῆς ἄρ' εὖρος πλὴν εὐδῆρα ὀδῶν, id est,  
Ne Excecidis quidem reictam uiam inuenerit. De negotio  
perplexo atque inexplicabili. Excecidis quidam uulgo male  
audiunt, quod immodicus esset in peregrinationibus, ut cunctis  
uias quam maxime cognitis haberet. Idem taxatur ab Ari-  
stophane in Aulibus:

Εἴ ἢ Δαρδῶς ἐστὶν καὶ καὶ ἰσχυρῶς ἐξυκεῖσθῆς. id est,  
Quod si seruus est et Car quemadmodum Excecidis.

Vnde dici coeptum de his, qui tota aberrassent uia, aut qui  
difficili, inexplicabiliq; negotio distringerentur.

**Hermonium officium.** L

Ἐρμωνίῳ χάρις, id est, Hermonium beneficium. Quo-  
ties aliquis studet officij causa uideri facere, quod aliqui coa-  
ctus facit, non quo commodet cuiquam, sed quod non liceat se  
ctus agere. Hanc parueniam ad huiusmodi referunt fabulam.  
Gens quedam Pelasgica, que Lemnum incolebat, nauibus  
transmisit in Bætronem Atticæ regionem. Atq; ex ea mulie-  
res raptae abducerunt. Post ubi presentialia laborarent, oracu-  
lo iudici sunt Atheniensibus satisficere, atq; ita futuram, ut pe-  
sentialia liberarentur. Atheniensis rogati, quo pacto placari  
uolent, denunciarent, ut Lemno decederent. Hanc condi-  
tionem cum audissent Pelasgi, per iocum responderunt, id fa-  
cturos sese, si quis Borea uento, unius diei nauigatione domo  
profectus Lemnum transmitteret. Euenit deminde, ut cum Da-  
rius in Thracia agēs, omnia undiq; subigeret, Miltiades dux  
Atheniensium et Cherronefo soluens, Lemnon aggresseretur,  
Pelasgis denuncians se Borea uinensq; diei casu ad esse domo  
profectum, nam Cherronesum tenebat, atq; illic habitabat.  
Itaq; Hermon Pelasgorum princeps Lemno cessit. Idq; cum  
Darius metu compulsus faceret, admulabat tamen se uolen-  
tem cedere, quo gratum faceret Atheniensibus. Huiusmodi

ferre comperi in Græcorum collectaneis. Aemilius Probus  
in Miltiade, aliquando diuersus rem narrat. Quum Athe-  
niensēs decreuissent coloniam mittere in Cherronesum, que  
tam à Thracibus tenebatur, consultus Apollo quis sibi duce  
fuerent ad expellendos Thracēs, iussit ut Miltiadem asce-  
rent. Iis Lemnum aggressus, postulauit ut se sponte dedecrent  
Atheniensibus. Lemnij per iocum responderunt, se id tum fa-  
cturos, quam ille domo nauibus profectus uento aquilone  
uenisset Lemnum. Nam hic uentus aduersus est Athenis pro-  
fisciscentibus Lemnū. Miltiades ne illic tempus tereret Cher-  
sonesum profectus est. Ea captā, rebusq; illic ex animi senten-  
tia ordinatis, rediit Lemnum, et ex pacto postulauit insula-  
nam se uento Borea domo profectum uenisse, quod in Cher-  
soneso domum habebat, decerent et enim illic manere. Itaq;  
qui Lemnum tenebant, cessere metu. Simplicius quidem Tam-  
phylus ille Terentianus, negans liberi hominis officium esse,  
cum nihil meretur, postulare id sibi gratie mortali. Atqui in  
principum aulis, atq; adeo passim in omni mortalium coetu  
Hermonium istiusmodi plena sunt omnia, qui cum maxime be-  
neficium dare uidentur, tuam maxime commodis seruūi suis.  
Prouerbij meminit et Suidas et Hesychius.

**Ex arena funiculum necitis.** LI

Ἐξ ἄμμου χοιρίου πλέκεις, id est, Ex arena, funem ne  
ctis, in stulte, frustra q; conantem quippiā dicebatur: aut ubi  
quis ea concludere laboret, que nequaquam coherent. Appo-  
sita dicitur in orationem, aut syllogismum male coherentem.  
Vt affine sit illis: Arena sine calce, et dissolue scopa-  
pe. In summa quadrabit in quibusdā ὀλιγοειρη, ὀλιγοειρη,  
ut pertineat et ad illam firmam: Laterem lauas, et Aethio-  
pem dealbas.

**Halcedonia sunt apud forum.** LII

Quod dixit in Cassina Plautus: Halcedonia sunt circa fo-  
rum, prouerbij specie gerit. Significatur hac uoce tranquillitas  
et silentiū. Idem in Pencilo: Nisi mihi illā tam tranquillā fa-  
cis, quā mare est olim, cum ibi halcedo pullos educat suos.  
Extat etiam in Græcorum commentarijs huiusmodi prouer-  
bium. Ἐλευονίδας ἡμέρας ἔσσε, id est, Halcyonios  
agis dies, de tranquillam et otiosam agentibus uitam.

**Aristophanes in auiibus:**

Ἐλευονίδας τ' ἡγέθ' ἡμέρας ἔσσι. id est,  
Atq; halcyonios dixit asidue dies.

Ab aue quadam marina dictū adagij, que Græcis Halcyon  
dicitur, Latinis halcedo, ut auctor est M. Varro lib. de lingua  
Latina tertio, neque Plautinum uerbum deprauatum esse pu-  
zet. Fabula de Halcyone et Halcyone est apud Ouidium. De  
sic refert Plinius lib. 10. cap. 32. Halcyon paulo amplior est  
passere, colore cyaneo ex parte maiore, tantū purpureis et  
candidis admixtis pennis, collo gracili, ac procero. Ea festi-  
ficat bruna, qui dies Halcyonides uocantur. Neq; apparet  
nisi mari tranquillo, maxime sicco. Faciunt autē septē ante  
brunam diebus, nidos, et totidē sequentibus parant. Hi dies  
et nautis sunt noti. Nam in his tempestatem non metuant.  
Nidificat autem medio in mari. Nidi pile figurā, paulum  
eminent ore perquam angusto, grandium spongiarum simi-  
litudine, ex spinis aculeatis compacti, tanta duricie, ut ferro  
incidi nequeant. Franguntur icū uulso, ut spuma arida ma-  
ris. Hæstus Plinius. Lucianus de tranquillitate Halcyonidū  
dierum testatur in dialogo, cui titulus Ἐλευονίῳ. Vergilius  
inter prognostica futuræ tempestatis hoc quoq; refert:  
Non tepidum ad solem pennas in litore pandunt  
Dilectæ Tehetidi Halcyones,



Meminit harum et Theocritus Idyllio septimo:  
 Ἐμπεδοκλέους ἔχιδρα τὰ κήματα, τὴν τε θάλασσαν,  
 τὸν τε νότον τ' ἔβρον, ὅς ἔφατα φρικὰ κινεῖ,  
 ἄλκιυνας γλῶσσάσιν κρησίσται τε μέλας  
 οὐρνίδων ἐπιλάσσει, ἕσασε τὲ πρὸ θῆ. ἔλδος ἄγχι. id est,  
 Halcyonesq; undas steruant, pelagusq; notumq;  
 Atq; Eurum extremam motant flatibus algam,  
 Halcyones quas inter aues Nereides omnis  
 Vnice amat glauce, que cingit ex equore pastū Venatur.

**Empedoclis similitas.** LIII

Ἐμπεδοκλέους ἔχιδρα, id est, Empedoclis similitas, dicebatur pertinax et irreconciliabilis. Empedoclem enim aut ijs fuisse moribus, ut astide similitatem cum aliquibus susciperet, easq; pertinacissime exercebat. Quaderit etiam, ubi quis leui de causa ex amico sit inimicus. Refertur à Diogeniano. Suidas ex Lyfia citat hæc verba. ὦ μὲν δ' ἔρωγες τοιαῦτα θελίαι σαυκε μούδ', ὥς ἐκδ' ἄν τ' ἔμπεδοκλέους ἔχιδρα ἐμπεδ' ἄν ἡμῖν ἄρῶδ', id est, Ego sane putabam nos eiusmodi necessitudine copulatos esse, ut ne Em pedoclis quidem similtas nobis posset obflare. Refrendum ad illud, quod alio dictum est loco: Odium Vatiniatum, et: Odium nouerale.

**Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem.** LIIII

Plautus in Truculento: Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem, hoc est, Longe maior est habenda fides referentibus ea, que uiderint oculis, quam ijs, qui narrant ab alijs audita. Idem innuit poetæ duas apud inferos infomniorum fingentes portas, alteram eburnam, per quam falsa infomni ueniant ad superos, alteram cornea, per quam uera.

Virgilius Aeneidos sexto Homerus imitatus;

Sunt gemine somni portæ, quarum altera feritur  
 Corynæ, qua ueris facilis datur exitus umbris;  
 Altera cadenti perfecta nitens elephanto.  
 Sed falsa ad cælum hæc mittunt infomniæ matres;  
 His ubi tum natam Anchises, itaq; Sibyllam  
 Prosequitur dictis, portaq; emittit eburna.  
 Seruus interpretatur per corneam portam, oculos intelligendos, quod colore sint corneo. Per eburnæam, dentes, nimirum osseos et candidos. Per corneam egredi ueræ umbras, quod ea demum certa sint que conspicimus oculis. Per eburnâ falsas, quod uana plerumq; soleant esse, que fama percipiuntur. Itaq; Aeneas per eburnam portâ dimissus, significat pro falsis habenda, que cingit, de inferis narrari poetâ, Adagij meminit et Apuleius lib. 1. Floridorus, narrans quemadmodum Socrates prouerbiū inuenerit: Pluris est auritus testis quam occidit decem. Nam cum conspexisset adolescentem decorus, sed diutule tacente: ut te uideam, inquit, aliquid elo quere. Sen sit itaq; Socrates aurium iudicium certius esse quam oculorum, quod oculis non nisi corporis formam contueamur, ex oratione mentis habitum deprehendamus.

**Vulpi esurienti somnus obrepit.** LV

Ἐπιβόρῳ ἄλωσσεα ἔπνυτο ἑσπέρησ', id est, Esurienti uulpi somnus obrepit. Vbi quis inopia cibi dormit. Nam non nullis pauperibus somnus loco pastus, testante uersiculo illo prouerbiū instar celebrato, ἔπνυτο πένον τὴν κακέρηστρον δαμάσ. id est, Somnus domat fumeni malorum pestimum. Pauperē autē uulpē appellat, quod callida sit inopia, et multarum reperitrix artium, iuncta illud qd' alibi retulimus, περὶ τὸν τὴν σοφίαν ἔλασσε, id est, Paupertas sapientiâ sortita est,

Neq; perperam dicitur et in illos, qui dissimulant, comi uentiq; ad quedam, ut per occasionem aliquid commodi ferant. Siquid uulpes urgente fame somnum adsimulat, ut allectas auces, capiat, deuoretq;. Fit autem hoc physica quadam ratione, ut famem ac sitim extinguat somnus. Adagij recentis fuit Diogenianus.

**Ad decorum aures peruenit.** LVI

Ἐἰς δ' αὖν ἔτα ἔδρα, id est, Ad decorum aures peruenit. Vbi facinus aliquid claudium patrum, resciscitur ab ijs, qui possunt uel remunerari recte factum, uel punire secus admissum. Sic enim imaginarij poetæ, que recte, sciscie gerantur in terris, ea per Mercurium explorata referri Ioui. Is deinde concilio decorum conuocato, de poena statuit. Est illud etiam mare soleme, in principum et pontificum literis: Ad nostras aures peruenit. Pado diuersus pastor ille Verg. Et quoties, et que nobis Galatæ locuta est Partem aliquam uenti diuim referatis ad aures.

De rebus egregijs, quasq; decorum auribus dignas iudices, Itidem Horatius:

Et Iouis auribus ista seruas.

**Admirabiles in necestine machinis Aegyptij.** LVII

Ἄφροι πλέκειν τὰς μηχανὰς ἀνυπῆστοι. id est, Neant suspendas machinas Aegyptij. De uersutis et, ut ait Plautus, consitis dolis dilicitatum. Torqueri potest, et in perplexas sophistarum arguitas, ac follogismorum inexplicabiles labyrinthos. Celebrabantur olim Aegyptiorum opera ex uarijs lignorum frustulis modo quoddam artificio connecta. Quoru est et Herculanus nodus. Adagij hoc cognatum est illi, quod alibi retulimus, κακοκόσμου ἐπιμα, id est, Castrocius nodus. Casium enim in Aegypto est, quem admodum paulo superius ostendimus.

**Acefei & Heliconis opera.** LVIII

Ἀκεσῶος κρη ἐλικωνίῳ, ἔφατο, id est, Acefei et Heliconis opera. Que singulari artificio confecta uidentur, sic antiquius appellabantur. Locu prorebrico fecerunt, duo quidam celebratæ artis artifices. Acefus natione Patrensis, et Helicon Carystius. Hi primi contextualis dicuntur pepham Palladis Coliadis, id enim cognomen Mineræ, que in ære Atheniensium colebatur.

**Acefius medicatus est.** LIX

Ἀκεσῶος ἔδρα, id est, Acefus medicatus est. Dici solitum de re, que semper uergeret in deterius, quoque magis accorretur, hoc peius haberet. Occasionem adagio dedit Acefus quidam medicus imperitus et stupidijs, qui dum curandam pedum dolore laboranti mederi studet, auxit dolorem.

Vnde Aristophanes:

Ἀκεσῶος, inquit, τὸν περὶ τὸν ἄδρατο. Quod ea pars, quantumuis cures, iam per se semper inquitur. Autor Diogenianus.

**Agamemnonij putei.** LX

Ἄγαμεμνονίῳ ἀφῆρατο, id est, Agamemnonij putei. De nouis et admirandis operibus dicebatur. Aium enim Agamemnonem et circa Aulidem, et passim in omni Græcia puteos effodisse, ne per æstus aquarum inopia laborari posset. Autor Zenodotus.

**De fera comediti.** LXI

Ἄγχις βέθεσσε, id est, De fera comediti. Dicebatur olim oscitanti. Nam uulgo creditum carnem feram comestam crebras oscitationes excitare. Venuilius erit, si commo de transferatur ad supinos, oscitabundos et negligentes.

Ruris fons.

LXII

Αγρῶ πικρῶ, id est, Ruris fons. De nimum laboriosus, et perpetuo operi assidentibus. Cuiusmodi fingit Menecem Terentius. Conuenit item est de negotio laborioso, cuius nunquam exhausti fatis est. Nam hoc ipsum uerbum πικρῶ hyperbolen habet copta, non tantum apud Græcos, ueritiam apud Latinos.

Aefopicus sanguis.

LXIII

Αἷον ἄποφιν αἰμαῖ, id est, Aefopicus sanguis. Delphi Aefopum quendam nihil committit interemerunt. Eamq; ob causam iratum nomen dira illis uaticinabatur. Sunt qui putent hunc Aefopum esse, cuius nomine feruntur apologi. Traditq; huiusmodi quedam asper illius interitum, tanetsi fabulis quam uero propiora. Cum Delphos profectus gentis illius iram in se conuicias et contumeliosas apologis concitasset, Delphi sacra phiala in huius per am clanculum imposita, Phocidem cõsecrati, comprehensum sacrilegij damnarunt, obstitantemq; ac dira imprecantem præcipitarunt. Mox oborta pestilentia, consultum oraculum, admonuit ut Aefopi matres placarentur: itaq; Delphi monumentum Aefopo constituerunt. Ceterum Græcie principes, et eruditi, simulatq; cognouissent, insubstant Aefopi mortem, Aefopum sanguinem uicti sunt, fabulatis ijs, qui mortis fuerant auctores. Vnde dici solitum, aut ubi quis præter meritum acerba pateretur, aut ubi propter lesam innocentiam irati superi, poenam immutere uiderentur. Memini huius historie Plutarchus in commentario, cui titulus, ἡδὶ τῶν τῶν δῆτε ῥογαῖων ἡμωσιν ἠδὲ τῶν. Nempè Aefopi multam auri uim accepisse à Cræso, uti Delphis splendide sacrificaret, et Delphorum singulis, quatuor mianas distribuere. Verum cum incidisset illi, nescio quid distidij cum Delphis, sacrum quidem fecit. Ceterum pecuniam, quam acceperat adtribuendam Sardis misit. Delphos indignos iudicans eo beneficio. Quamobrem et atq; sacrilegij condemnatum, præcipitarunt et rupe, quam Hyampetiam uocant. Eo facto, deus indicauit terræ sterilitatem, et morborum prodigiis orum uim inflare. Proinde territi Delphi, in publicis Græcie commentibus, asidue per præcones clamabant, si quis esset, qui poenas Aefopi nomine de se uellet sumere. Tandem tertii generatione Samius Idmon aduenit, nihil affinis Aefopo, sed nepos eorum, qui Aefopum Sami emerant, hinc cum poenas quasdam dedissent, malis leuati sunt. Indicat eodem in loco Plutarchus dici solere, quoties sero poena datur.

Manum ferulæ subduxicimus.

LXIII

Et nos manu ferule subduxicimus, id est, nos quoq; literas didicimus, et præceptorum opera sumus usi. Nam antiquissimos literatores discipulorum manus ferula cedebant. Vnde manu ferulæ subduxisse dicuntur, qui desierunt in ludo literario uersari, neque iam pueri doceant, sed ut uicarij; docti sunt.

Iuuenilis in prima Satyra:

Et nos ergo manu ferule subduxicimus, et nos Consilium dedimus Sylle. Hieronymus, subduxicimus accipere uidetur, pro eo, quod est, subicimus, supponimus. Sic enim scribit ad Domnionem: Et nos didicimus literas, et nos sepe manu ferule subduxicimus. Nisi forte te manu ferule subducere pueri dicuntur, cum metuplaze subtrahunt manum.

Aetnaus cantharus.

LXV

Αἰτνωῦ κανθαροῦ, id est, Aetnaus cantharus. De ma gnis et foedis. Aristophanes in Pace: Οὐκ οὐδὲ ὄσον ἐπὶ τῶν αἰτνωῦ κανθαροῦ μακροσὶ κανθαροῦ. Aetnaum autem dixit, quasi progredem, uel quod in Aetna

uarij, maximiq; scarabæ sint. Vcl Aetnaeus dixit, tanquam instar Aetnae montis maximus. Porro scarabæbus insecti genus, quod est stercore, ut nascitur, ita nascitur. Fabulis quoq; ante proditum est, Aetnaum unum est Gigantum præcipuum complexam fuisse, et feruasse, ne cum reliquis periret fulmine. Vnde et illud, Οὐτὲ πῦρ οὐρανίου ἐπὶ αἰτνωῦ ἰδδῶν, οὐτὲ αἰτνωῦ πῦρ αἰτνωῦ, id est, Nec ignis caelestis illum attingit, nec Aetna illum premit. Autor Diogenianus.

Ex tua officina.

LXVI

Nibil iam hac figura tritius: Ex tua officina, ex aliena officina. Ex nostra officina deprimi dicuntur, quæ à nobis inuenta, nostroque officina perfecta sunt. Ex aliena, quibus ab alio mutuo sumptis uimur ut nostris. Nam officina locus ubi opifices suas exercent artes. Sumpta metaphoræ ab ijs, qui aliena opera in suis uendunt tabernis. Hoc quoque longius trahitur ad res animi, hoc fuerit lepidius, ut hoc consilij, quis non intelligat à tua prodisse officina: Totum hoc negocij tue fuit officina.

Extra chorum saltare.

LXVII

Ἐκτὸς χοροῦ δὲχέσθῃς, id est, Extra chorum saltare dicuntur, qui dicit aut facit, à re quam proposuit, alienum aliquid. Etenim qui choros agunt, certis luminibus, certisq; numeris adstricti mouentur, ut liberum non sit, quod libet euagari. Quod si quis discrepet à lege chori, rixidius habeatur.

Exordiri telam.

LXVIII

Pleraq; metaphoræ, quæ dicuntur à telatrina, prouerbij faciem præ se ferunt. Plautus in Bacchidibus: Exordia hæc tela est non male omnino mihi. Idem in Pseudolo, Neque nunc quid faciam scio. Neque exordiri unde occipias, babeas. Neque ad detexamdam telam certos terminos. M. Tullius libro de oratore, dixit pertexere, pro perficere: Pertexere modo, inquit, Antoni quod exorlusus es. Rem enim, benefici, consilioque institutum, exordiri dicimus. Et reteximus, quæ denno refingimus. Itē illud ad Herennium: Ego te iam detexam ad exordio, id est, ab initio uite explicabo qualis sis. Cognatum illi, quod alio commemorauimus loco: Ea tela textur.

In caducum parietem inclinare.

LXIX

Prouerbialia figura, in calucū parietem inclinare dicuntur, cum nititur, confidimusq; rei parū firme, ducta metaphoræ ab ædificijs. Hadrianus imperator de Commodo adoptato et imperij successione destituito, dicitare cõsuevit, in caducū parietem inclinamus, et perdidimus quater nullis festinatium, quod populo et militibus pro adoptione Commodi dedimus. Caducum autem parietem uocabat, quod esset ualeudinarium, et rebus gerendis inhabilis esse uaderetur. Item qui sensu præsidio nititur, qui forma speribus, qui in caducis fortunæ bonis uite præsidia collocat, recte dicitur, in caducum inclinare parietem. Huic proximum est illud Maronis: In te omnis domus inclinata recumbit.

Scipioniarundine inniti.

LXX

Ad eandem formam pertinet, quod apud Hebræos in pro uerbio fuisse uidetur, Arundine inniti baculo, de eo, qui spes suas figit in his, qui non solum non possunt esse præsidio, neque etiam nocent desitino. Siquidem arundine scipio, non modo non sustinet inuenitum, necrum etiam manum penetra, ac minuat. In libri Regum quatuor, cap. 18. Et item apud prophetam Esaiam, capite trigesimo sexto. Ac riuorum apud Ez echielium, cap. nigesimo nono. Aegyptus, et Aegyptiæ baculis arundine dicitur, cuius fiducia bellū suscipiebatur, et futurum prædicatur, ut is confusus, non solum non sulciat

fulcitat innitentem, ut ueneta manu illius periret bret. Nō admodū abludit ab illo, quod tibi retulimus: Ficulnū acclitū.

Homo bombylius. LXXI

Βομβυλιος ἄβητος, id est, Bombylius homo, dicitur uerbosus, multiq; strepitus, ceterum inutilis. Bombylius Græcis, apis aut uespe genus, à sonitu, sicuti uidetur, appellatum, ingens, sed ad mellificum inutile, suos bivi necitit è lu to. Hesychius addit Βομβυλιός Græcis dici bullas quas nesci uidentur ex aqua, que mox euanescit. Idem bombylion dici uasis genus, quod extillante potu. Fonticium reddit, in modum animantis de quo dictum est. Adagium apud Zenodotum refertur.

Buthus obambulat. LXXII

Βούθου ἄβητος, id est, Buthus oberrat. De leuibus, ac stolidis dicebatur. A moribus Buthi cuiusdam athlete, qui ui cerat in Pythijs ludis. Huius meminit Cratinus ἐν χεῖροσι, teste Zenodoto. Fieri potest, ut huic id nomen inditum fuerit, ad edacitate, quod solidos boues uorare solet. Nam cognominatus est ἐρ Hercules ἐσθίνας, quod aliquando esuriens, quemad è bubus Theodamantis, quibus ille terram profindebat abductum occidit, ac uorauit. Unde uidetur dici posse in edaces, hoc est, ἐσθίνας.

Bunas iudex esse. LXXIII

Βούνας δίκης, id est, Bunas iudicat. In nonnullis codicibus scriptum est ἐσθίνας, non ἐδώνας, sed deprauate, ni fallor. Vbi lris in longum profertur, nec unquam explicatur. Quā mos nunc est perditissimis aduocatis nostri temporis, ut subinde nouam repertiant causam producende litis, quo plus memorum extorqueant à litigatoribus. Parcentia nata è Buna quodam Atheniensis. Cum esset controuersa inter Cadydonios ἐρ Eleos, utriq; rem ad arbitrium Bune detulerūt. Conenerat autem, ut à manibus temperarent, donec ille de negotio pronunciaffet. Quod ubi sensisset Bunas, de industria audiebat quidem utraq; partem, ceterum per fictas occasionis rem in longum distulit, nec unquam de lite uoluit pronuciare. Autor Mnasæus apud Zenodotum.

Bossub iugum. LXXIII

Βός ὑπὸ ζυγῶν, id est, Bos sub iugum, ubi quis assidue laborat, aut ubi se quis laborioso inuoluit negotio. Ductū à bubus agricolis. Quin ἐρ hic erit locuti utendi, cum negabimus ali quem ad id trabendum negocij, ad quod administrandum parum sit idoneus, sed eum qui sit aptus, quod bos iugo ducto natus uideatur, non item canis, aut ceruus. Proinde confine fuerit illi quod alio positum est loco: Bos cluellas.

Tenui filo. LXXV

Tenui filo, pro filo subtiliori, minusq; grandiloqua oratione. Nam Rhetores tres faciunt orationis χεῖρας, grandem, tenuem, ἐρ mediocrē, iuxta metaphorā à nentibus, aut certe à textoribus. Horatius.

Tenui deducta poemata filo. Ausonius in oratione, qua Gratiano imperatori de cōsultatu gratias agit: Tenuiori, inquit, filo, ut dicitur, deducta liberum. Cui diuersum erit: Crasso filo, crastore filo. Veluti si dicas, Barbaros crasso filo tractare rem theologicā. M. T. ulius lib. de oratore secundo dixit uberiori filo, pro copiosius: ἐρ in senectute, aliud fili orationis, pro alio dicendi genere.

Tenui uena, diuite uena, tenui canale. LXXVI

Rem eandem alia reddunt metaphorā, cum aiunt: Pauca re uena, benigna uena, diuite uena. Venam autem appellant indolentem, ἐρ uim genuinam ingenij, translatione ducta: uel à

fontibus, quorum alij angustiore uena manant, alij tanta, ut flumen ingens efficiat: uel à metallis, quorum etiam uena, ut genere tantum, sed ἐρ copia differunt. Similimum his est, quod ait Quintilianus libro undecimo: Pleuore tamen hæc canali sunt, nos Albani tundi atq; luci.

Ἰπὸ μαζῶν. LXXVII

Μάζα Græcis genus est cibi è simula tritici, quod ut apparet in delicijs erat, unde uulgari ioco dicebant, ἵπὸ μαζῶν, pro opipare splendideq; uiuere, sive ob egregias mazas, sive quod aliquid his etiam lautius sumerent. Consimili forma dicebant μαζῶν, à Ματθα cibi genere, quod Altheaneus lib. 14. recenset inter secundæ menisæ delicias.

Nec propius ferire. LXXVIII

Ὀὐδ' ἵκτεθ' ἐσθλῶν, id est, Ne propius quidem ferire dicantur, qui procul absint à scopo, multoq; intervallo aberant à re proposita. Sumptum est ab imperitis sagittarijs, cuiusmodi è Diogenes ille Cynicus confexistet, proxime scopum confedit, rogatus, quid sibi uellet, ne me feriat, inquit, immens quiduis illum tacturum potius quam scopum. Ergo qui nimium aberrant à signo, οὐδ' ἵκτεθ' ἐσθλῶν dicebantur: perinde uelut, quasi dicas, οὐδ' ἴπ' ὄμοιοι, id est, Nichil simile. ἐπὶ σιωπῆς dixit Homerus. Vsurpauit hoc adagij Plato libro de Rep. nono, ἠγλ' ταῦτα δ' ἀπὸ πᾶσης, πύρρον μοι φωνεῖται π' ἐσθλῶν πῶς ἴσθ' ἐσθλῶν, ἢ ἢ, ὅδ' ἀεγὸ μῦθον, οὐδ' ἵκτεθ' ἐσθλῶν, id est, Hæc quidem sãne omnia ad tyrannum collata, multia miserijs ciuitatis, hæud quaquam accedunt ad scopum ut pro uerbio dici solet. Suidas admonet è lingue proprietate dictum pro uerbio uelut ἐρ illud quod proxime sequitur. Huc allussisse uidetur Lucianus in Dialogo, quem inscripsit, ἵπτες τῶν εἰκότων, μὴ γ' εἶναι τῶν πλεῖστον ἀξίον, μηδ' ἐγγίσι, id est, Neq; enim esse me tanti laudibus dignam, non propè quidem, item Aristides in Militate, οὐκ ἐστὶ ταῦτα, οὐδ' ἐγγίσι, id est, Multum abest, ut hæc ita se habeat. Adagij hoc referendū in gregem illorum, que commemorauimus alibi, ἐπὶ δὲ τῶν ἀμαρτάνων, ἐρ toto errare celo, ἐρ tota errare uia.

Diolygium malum. LXXIX

Διωλύγιον κακόν, id est, ingens malum, ipsa loquēdi figura proverbialis est. Vtitar hoc adagio Plato in Theeteto: οὐ μακρὰ μὲν ἐσθλῶν, ἀφελος, id est, Haud longa autem ac Diolygia nugacitas. Apud Suidam refertur hæc ex quodam quoridā Damascij opinor, καὶ ταῦτα οὐδ' ἐσθλῶν ἀφελος, id est, Nonne hæc uel maxima nugamenta uidebuntur? Sane uidebuntur, ἐρ quidem merito. Non iuxta deliramenta, que uocant amicaliam, sed ultra maximas mgas. Dicitur autem pro uerbio, de eo, qui malo quoriam ingenti, ac diuino tenetur.

Eadem tibi, & Pythia & Delia. LXXX

Ταῦτά σοι ἠγλ' πύθια ἐσθλῶν, id est, Hæc tibi ἐρ Pythia ἐρ Delia. Quoties supramit aliquid opus significauimus. Perinde quasi dicas hæc sanima omnium, que gesturus es in uita. Citatur adagion ex Menandro. Nation aiunt ab oraculo quodam reddito Polyerat Samiorum tyrannum. Nam is posteaquam Rhencan insulam cepisset, canq; consecrasset Apollini, cōstituit apud Delam ludis pulcherrimis Delphos misit, consultiore, utrum oporteret eos ludos Delios, an Pythios appellare. Respondit oraculū, ταῦτά σοι ἠγλ' πύθια ἢ Δελία, futurum immens, ut is propediem excederet è uita, idq; euenit. Itaque res in pro uerbio uersa. Ceterum siferibis

si scribas τρωτὰ uertes eadem, si ταῦτα uertes hec. Neque enim ad sensum magni refert.

Clauē findere ligna, & securi fores aperire.

LXXXI

τῆ κλαδί τὰ εὐλα ῥίζην, τῆ δ' ἀξίην τὴν διέσεν ἀνοιγέει ποσειδά. id est, Clauē ligna findere, securi uero fores aperire conaris, ciues propositere geritur, ueluti si quis liberos metu sudeat emendare, philosophi beneficijs sibi adiungere. Aut si quis apud imperitos scilicet rationibus agat, apud eruditos clamore et improbitate uincere conetur. Refertur à Plutarcho, libello cui titulus. πρὶ τῶ ἀκρόζυμ.

Bellerophonis literas.

LXXXII

Βελλεροφόντης τὰ γράμματα, id est, Bellerophonis literas. Subaudiendum uerbū aliquid accomodatum sententiae, adfert, aut aliud aliquod. Locus erit huic proverbio, cum quis literas uelut commendatitias perferat, quae contra ipsum sunt descriptae. Vulgo literas Vna uocant. Neque dissimilis est historia apud Hebraeos. De Bellerophonis literis huiusmodi fabulam commemorant Graeci. Bellerophontes propter occisum Bellerum, Argos exilio mutans, in Tiryntem peruenit, Proctiq; regis hospitio est usus. Interim Anteaer regis uxor, adolescentis amore correpta, cepit illius animum ad stuprum sollicitare, et sui copiam obtulit: ille ubi flagitiū reuulsisset, uidelicet hospitij religionem permissus, illa prior occupans, uersus in odium amore muliebri, Bellerophontem apud maritum occulte desert, tanquam ab illo fuisset de stupro interpellata. Quod ubi persudisset, quo ad poterat regis animum in pernicium iuuenis instigabat, semper ad auertere occinens illud Homericum:

τετραϊκὸς ὃ πρῶτ' ἢ κρότωνε Βελλεροφόντην: id est, Aut more re Praete, aut interfice Bellerophontem.

Proctus itaq; uere regio ingenio, et ut Homeri uerbo ἀρχαλομαχίας, uelut officij causa Bellerophontem ad Iobaten hospitium mittit, additis literis, uelut in illius commendationem scriptis. In his mandabat Iobate, ut iuuenem, quo quoque praesto tolleret à medio. Bellerophon, ut est minime suspicax innocentia, literas acceptas reddidit, ut fierat, obsignatas. Quas ubi perlegisset Iobates, quo Praeto gereret morem, aggrediatur adolescentem honesto titulo perimere. Nam hic ferme malorum principum mos. Animum iuuenis suscipie sponte ferocem, ad periclitandas uires, gloriamq; parandam inflammat. Ac primum persudat, ut cum Chimera congregiatur. Id erat monstrum informe,

Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimera. id est, Caprina pecie. Hanc Bellerophontes equo insidens alano, telo confixit, confectiq;. Post alijs atq; alijs periculis obiecit iuuenem, à quibus omnibus cum ille uictor rediret, rex et; ius admiratus, et ex euentu concilians innocentiam, literas Praeti ostendit, generum adsciuic, ac moriens, eidem imperij successione tradidit. Itaque quisquis imprudens aut nunciat, aut sicut qui ppiam, quo se prodit, in eum recte dicitur: Βελλεροφόντης τὰ γράμματα. Aut quicumq; sub officij pretextu leditur. Adagium recenset à Zenodoto. Plautus in Bacchidibus: Tace, nullus homo dicit, he tabelle te arguunt. Quas tu attulisti, he te uinciri iubent. Aba Bellerophontem iam tuus me fecit filius. Ego met tabellas detuli, ut uinceret, sine. Refertur adagium in hunc etiam modū: Βελλεροφόντης κατά στυγῶν, id est, Bellerophontes aduersus seipsum. Lucianus Apologia, πρὶ ἐπὶ μισθῶ στυγόντων, κατά στυγῶν ὁ Βελλεροφόντης γυροφορῶς τὸ ἐπιβλοῖον, id est, Qui Bellerophontes librum aduersus seipsum scripse-

ris. Simili cōmento rex Pharnabazus imposuit Lysandro. Refert Plutarchus in ipsius uita.

Cæno puram aquam turbans, nunquam inuenies potum.

LXXXIII

Βορβορὸν ἰδίως λαμπρῶν μεινιῶν οὐπότ' ἐπιείσεσ πότον. id est, Silimpidan perrexeis Cæno aquam sturcare, nunquam quod bibas inuenies. Carmen est Trochaicum, quod nos Hieronimico et; carmine eiusdem generis expressimus. Dicit solum, ubi quis ea quae sunt per se pulcherrima, contaminat admixtis istis, quae sunt turpissima. Veluti si quis poetice admisceat obsecrat, suo utiq; uitio. Nam ars per se sincera: aut si quis theologicam eruditionem haereticis opinionibus deprauet: aut sphaerica sermonis inquit, aut prophanas contaminat literis. Aut amicitiam principis crebris offensis irruit. Conueniet in hos quoque, quibus haec uita grauis est, idq; ipsorum culpa, quod animi uitio, quae per se molesta non sunt, molestiam adferre uideantur. Quod si adst mens, à stultis affectibus immunis, quicquid acciderit, uoluptati futurum est.

Charetis pollicitationes.

LXXXIII

Αἱ χάρωντες ὑποσχέσεις, id est, Charetis pollicitationes. Dicit solum, ubi quis facile, ac benigne promittit iuxta illud Nasonis:

Promittas factio, quid enim promittere ledit

Pollicitis diues quilibet esse potest.

Natum adagium à Charete quodam Atheniesum ducit, qui quiduis cuius pollicebatur, at non prestabat item, quod receperat. Hinc Charetem nunc ferre reges et; pontifices imitantur, dum omnibus omnia promittunt, neq; reuolunt quicquam, ut saltem spe letos à se dimittant. Atque ultro etiā inuitant, ut rogentur, spe uidelicet illescentes.

Celsum habitas.

LXXXV

Κέκορον οἰκέσ, id est, Celsum habitas. In stupidum et; bardum dicebatur. Cefcos Pamphylie ciuitas, cuius ciues ob uerordia, stultitiamq; iudgo male audiebant. Iuxta Cefcum urbem fluuius erat, cui nomen ἄννης, id est, amens. Quamquam Suidas, qui et ipse proverbij meminit Cefcum ponit in Cilicia, nō in Pamphylia. Vnde et; iudgarī sermo iactatum est, πῶδης κέσσεσ' ὠνὺ οὐκ ἔχουσα, id est, Cefcus ciuitas mentis inops. Quod abi et; in coetum, aut concilia bulum hominum solutorum. Conuenit cum eo quod alijs ostendimus, Boetica sua. Adagium recenset Zenodotus. Illud obi ter admonendum, locum hunc in Suida deprauatum haberi in dictione κέκορον, et; pro κέκορον οὐκ ἔχουσ legendum esse κέκορον οἰκέσ.

Circulum absolueret.

LXXXVI

Τὸν κύκλον ἀποστέλεσ, id est, Circulum absolueret, est rem omnibus numeris, omnibusq; partibus perfectam reddere. Vnde et; κυκλοσασίδεσ δικάς, quae disciplinarū omnium uelut orbem solutorum, et; ἐγναλίσ' ποσάδεια. Metaphora sumpta uidetur à mathematicis, apud quos circularis figura perfectissima absoolutissimaq; iudicatur. Vnde illud nō sine causa laudatum carmen de sapiente: Et in seipso totus teres, atque rotundus, Externi nequid ualeat per leue morari.

Conspice illud, τρωτὶ εὐδμῶ, id est, Omni numero. Ita Fabius in praefatione libri octau: Quam ut per omnes numeros, et; penitus cognoscere, ad summam scientiam necessarium est, ita incipientibus simplicibus ac breuius tradid magis conuenit, quod à musicis ductum uidetur.

Calidam ueruti partem. LXXXVII

Τὸ διεμὸν τῷ θεῷ, id est, Calidam ueruti partem. Subaudiendam arripit, aut simile quippiā, ubi quis per imperitiam negotij, ea partem aggressitur, qua minime tutum fuerat aggredi. Aut ubi quis non inficitia pro melioribus eligit peiora. Zenodotus ait huius adagij meminit Sophoclem. Sumpta metaphora ab ijs, qui per imprudentiam, eam ueruti partem manu prehendant, que calet, deinde offensi reiciunt, et alteram partem apprehendunt. Non usquequaque distimile hinc: ἐλαίης πλῆγῃς νόσῳ ὀσφ, id est, Piscator idus sapiet, quod alio loco retulimus.

Titanicus aspectus. LXXXVIII

Τιτανικός εὐσεῖς, id est, Titanicum tueri, hoc est, uultu Titanico obtueri. Titanici autem toruū uocat, ac tetricū, ac cuiusmodi fuisse feruntur ueteres illi Titanes. Lucianus in Timone: Εκπετάσας γῆρ τῶν πῶγαυα, ἢ τὰς ὀφθαλμοὺς ἀνατείνας, Ὁ θεῖνδουαλλινὸς ἢ πρὸς αὐτοῦ ἐρχεται, ἄτωουδὲς εὐσεῖω, id est, itaque promissa barba, redudens; supercilij, seu murmurans nescio quid, accedit, Titanico uultu aspicens. Idem in Icaronippo: ὁ ζῶς ἀετλα φρεσὶς ὄρε δειμῆτε ἢ ἄτωουδὲς εἰς ἐμὲ ἐπίστω, id est, At Iuppiter admodum terribiliter, acriterq; et Titanico me intuens uultu.

Thracæ federa nesciunt. LXXXIX

Θρακίαις ὄρκια οὐκ ἐπίστωται, id est, Thracæ federa non norunt. Apud Thracæ euenit, ut nata maximus quidam iaculo per pectus adacto interiret. Unde Iomibus et Acolibus ueluti per ænigma dici coepit: ὁρακίαις ὄρκια οὐκ ἐπίστωται, quod natu grandibus homos magis debeat urquod hos, q legibus uiuūt. Porro Thracū barbariē et immanitate, et p̄fidiamq; satis arguit interuentus à Polyemete Polydorus, hospitiū iure uiolato Et Euripides in Hecuba: Ἐτάχ' οὐδ' παρ' ἡμῶν ἑσθ' ἴσθ' ἔνοχον, ἡμῶν δ' ἐγ' ἀσχερὸν ποτὶν ἐλλοσσιν τὸ δ'ε, id est, Inugulare forsitan hospitem uobis luce est, Nobis Achiuis istud oppido est græue.

Thunniflære. XC

Θωνίσειν, Græci transferunt pro simulare, pungereq; uel quod hic piscis, quo sit palato gratior, furti solet, uel quod ipse piscis adurat, pungatq; cōtactu. Plinius lib. ix. cap. xvj. rē audiūt nouā memorat de Thyyno. Ait in mari animalculū esse perquam exiguum, aranei magnitudinis, scorpionis effigie, id se Delphino, et ei q gladius uocatur, crebro Delphini magnitudinē excedētī, sub pinna affigit aculeo, tantūq; infestat dolore, ut in naues seprenumero exiliāt. Athenens libro Dipnosophistariū septimo, prodidit Thūnorum generi, quos Atheniēs Thynnidas appellāt, subter uentrē pinnam affixā esse, que uocetur athera. Addit pisci nomē inditū τὰς ἐπὶ τῷ θύρω, qd' impetu feratur, presertim cum æstro concitatus agitur, id quod illi accidit circa solstitiū æstiuū. Id est ani malculū in capite specie scorpionis magnitudinē arachne. Quo malo sic exaguitur, ut ex aquis subiliāt, nō minus alte quān Delphini. Atq; huius rei testē adducit Aristotelē. Lucianus in Ioue Tragædo Παγαγε, θύων ὀδὲς τὸ ἐν θύμῳ μῦθ' ὁ πῶ οσφ' ὀρῃ, ἢ κομῶν ἰσχυρῷ, id est, Apagē Thūnicū enthyme ma Neptune et supra modū pingue. Rursum in eodē Dialogo ad idem uerbum alludens: Εἰ τὰμὰ ὀσφ' ὀρῃ ἢ μῦθ' ἄτωουδ' ἰσχυρῷ, id est, si mea uobis ita expuncta sint. Adagium reuertitur à Diogeniano.

Citius usura currit, quān Heraclitus. XCI

Ὁρῆσθ' ὁ τὸν θεῖνδουαλλινὸς πρὸς τὸν θεῖνδουαλλινὸν, id est,

Citius usura, quān Heraclitus celeritius currit. Admonet adagium abjunctū à multis pecuniā, que creditur ad usuram. Nam opinione celerius reuocare diem usuram. Sumptum pro uerbiū ab Heraclito quod celeritate currēdi præter ceteros extimo, atque excellētī: uoxta Doricam dialecton dictum est, ἡρακλείτω et πεγινέω pro ἡρακλείτω πρὸς γινέω. Videtur carmen fuisse trochaicum tetrametrum eade talem pro uerbiū syllabis deprauatis.

Celerius quam Butes. XCII

Ὁρῆσθ' ἢ βούτων, id est, Celerius quān Butes. Hoc adagio significabāt aliquid quānprimū absolū, cōpendiosq; explicari. Quomadmodum solent ij, qui paucis uerbis, et ijs trunce pronuntiatis, longā sententiam significāt. Aium hinc fuisse natum. Athenis inter picturas Stoæ porticus, depictus erat Butes quidam, atq; in p̄ctus, uel summa capitis pars eū oculis diuātaxt uideretur, uidelicet ut spectator imaginaretur reliquum corpus tegi monti obiectū, in quo ingrediebatur. In eius igitur pictura quoniam nō nullum opere sumperat pictor, pro uerbiū iactari consueuit de his, que facile perficiuntur. Autor Zenodotus.

Lydus ostium claufit. XCIII

Λυδὸς ὄρε θύρων ἐκλεισσε, id est, Lydus ostiū claufit. De furcibus dicebatur, quod Lydus nō discederēt, nisi re quāpiā sublata. Quod si permittitur nobis diuinare, eor autē nō permittatur in re tam uetusta, cum nec autor extet, nec in terpres: malim accipere de ijs, qui rem quampiam obsecratione aggressuri, fugiant arbitros, abduciq; sese, propter Lydos molliciti notatos. Unde et Plautus Lydum uossum appellat. Alludit ad pro uerbiū, atque utinam aperuisset etiam Pluarchus in commentario, quem scripsit aduersus Colotam. Εμοὶ δὲ δοκεῖ, κατὰ τὸν ὄρε θύρων ἐκλεισσε, ἢ ὄρε θύρων μὴ ἀποκλεισσε, ἀλλὰ τὰς ἀπὸ τῆς ὄρε θύρων, ἢ ὄρε θύρων πρὸς τὸν ὄρε θύρων, id est, At mihi uidetur, quē admodū Lydus aduersus scripsim, nō iam aperire iamā, sed plurimis, ac maximis difficultatibus Epicurum inuoluerē. Nisi sciam magis placet, ut hic Pluarchi locus referatur ad illud, quod aliās dicitur, utro Lydo negocium non erat. Hefychius meminit pro uerbiū, sed nihil addens præter hæc uerba: Ἐστὶ τῶν μακροκλιπέων, de stulte furcibus. Verum hic prodidit nobis deprauatum in alijs libris scripturā, legendūq; nō ὄρε θύρω, sed ἐκλεισσε, id est, mouit sine tentatū. Fures enim imperiti diū nō sine strepitu mouēt ostiū, sese prodū sepius: κηροκλιπέων enim Græcis, autore Suida, polysemon est. Sonat enim, σολύρω, μακροκλιπέων, ἔρεπ' πολίω, κηροκλιπέων, id est, mouere, obdere pessulū, strepitū facere, attingere. Hæc est autē præcipua furum ars, ut siue ingrediatū, siue egrediatū, absq; sonitu moueat ostium. Ex his iam arbitror esse perspicuum, quid sentiat Pluarchus.

Lydus in meridie. XCIII

Λυδὸς ὄρε μεσημερίαι, id est, Lydus in meridie. In hominem infatiate, aut etiam intempestiue libidinis dicitur. Narrant Lydos adeo libidine perditos fuisse, ut nocturno noctu uacaret uoluptati Venereæ, uerum etiā ipso merēdie lasciuiret, manibus socū opus perageat, unde Λυδὸς ὄρε dicitur Græci, pro Lydorum more uitam agere. De genitibus huius locus, deliciasq; multa commemorat Athenens libro duodecimo. Meminimus alibi de comitio Sybaritico, in quo et Venus admissēbatur. Porro nullum est tempus magis alienum à coitu, quān uel meridiei ob astuantem solem, uel comitij, propter spiritus circa stomachum et conuulsionem occupatos.

Caprarius in aestu. XCIV

Αἰπόλιος ἐν καίματι, id est, Caprarius in aestu. Consimilem habet sensum, uidelicet intempestiue libidinis. Nam his horis caprarij, dum seducti gregibus, in umbra latitant, lasciuia soliti scribuntur. Zenodotus utruq; refert adagij, et item Suidas. Poterit ad quamuis uoluptatem accommodari non in tempore addibitum.

Lydus cauponatur. XCVI

Λυδὸς καπιλεύει, id est, Lydus cauponatur. In effeminatos, et uoluptatibus addictos iaciebatur. Ex huiusmodi natū historia tradit, Cyrus rex deus Lydis imperauit, ut cauponā exerceret, neq; trālarēt arma, sed uesse ad terram usq; demissa uteretur, quae olim mollicie indicabat, ut ad eum modū ueluti feminas trāformati, ad rebellionē fierēt inuiles. Zenodotus autor. Hesychius tradit ab his inuētā spectacula, et hinc Romanos dixisse ludos, καπιλεύειν Graecis proprie dici, qui uenditūt eculenta. Proverbij sapienter illa quae refert Suidas, λυδίζω seu λυδίζω, pro eo quod est Lydorum more uiuo. Refertur ad Suidā.

Lydorum carycae. XCVII

Λυδὸν καρύκει, id est, Lydorum carycae antiquius appellabāt quācūq; esset opiparū, et uarijs cōdiūm cūpēdis. Nam Caryca cibi genus Lydij, ex multijugis lautijjs et sanguine cōfectū. Athenaeus Dipnosophistarū libro duodecimo tradit cary carū apparatū primū reperitum ad Lydis. Efferit adagij integre ad hunc modū: Μῆτε λυδὸν καρύκει, μήτε μαστύρων ψόφει, id est, Nec Lydorum Carycae, nec flagrorum strepitus. Subaudiendum uolo, aut simile quippiam, id est, nec blandimenta uolo, nec conicia, nec nimium blanda, nec rursum aspera nimium.

Lupinum potum. XCVIII

Λυκίον ποτόν, id est, Lupinū potum dicebāt, ubi quis uoluptatē suo periculo capitis emeret. Narrāt aduos erupisse fontes sacros Apollini, quorū alter uino cāteret, alter melle, ad quos cū aues aduolarēt, arcu feriebātur. Porro Apollo super cetera cognomina dictus est et Lucius: siue a luce quam aperit, siue a lupis infectis. Autor Zenodotus, atque hinc ortum proverbium, confite illi: uis canis ē Nilo.

Lupi decas. XCIX

Λύκος δεκάς, id est, Lupi decas. Dicitur apparere in eos, ad quos in honesti lucrī pars aliqua, tamen sit pusilla rediret. Aut in eos, qui largitionibus essent corrupti, alioquin corrumpēret. Nam Athenis in foro ubi cauae agebantur, Lycus quidam genus scalptus stabat, lupina specie. Apud hanc statūa Syrophante pecunia corrupti, uersari consueuerunt, uelut apud deum quempiam sui questus praesidiam. Eiq; in dies singulos triobolus fecabatur. Autore Zenodoto. Memini huius Aristophanes in Vespijs:

Θ' ἡρώων εἶ, πως ἐκομίσατο τὸ τὸ λυκός, id est, Siqua simulachrum efferre possit Lyci. Erat hoc questus genus apud ueteres inuisissimum eorum, qui in ius uocabant, ut ex damnato dicta multa portionem aliquam praemij loco ferrent. Vnde et sectores dicti sunt, et quadruplatores.

Verba importat Hermodorus. C

Δόγμεις γὰρ ἐξ ἡμῶν ἐμπορεύεται. id est, Sunt Hermodori uerba mercimonium.

In eum dicebatur, qui praeter uerba nihil adferret. Quemadmodum Laches in Eryra Terentiana Pamphilum filium rogat, num unam dixat sententiā secum ē Lemno reportasset, Aut in eos, qui uerba uendunt pecunia, quod in poetās, aduo-

catos, simi uenditores, atque in id genus homines recte dici poterit. Natum autem ab Hermodoro quodam Platonis audiente, qui cōmentarios ab illo conscriptos, in Sicilia deponere cōsueuerit, atq; inibi uendit. Vnde Siculi, ut sunt dicaces, rem in proberbiū uerterunt, dicentes, Hermodori pro mercibus importare uerba. Ceterū Sophistae et philosphi lucubrations suas, λόγους appellāt. Allusit haud dubie huc M. Tullius libro epistolarum ad Atticū decimotertio: Dic mihi, placētne tibi primū edere iniussu meo? Hoc ne Hermodorus quidem faciebat, is qui Platonis libris solitus est diuulgare, ex quo, λόγοισιν ἐμπορεύεται. Porro licet Cicero nullum addiderit proberbiū, tamen si addas ἐμπορεύεται constabit Graecis senarius.

CHILIADIS SECVNDAE CENTVRIA SEPTIMA.

Pomarius Hercules. I

Μηλιὸς ἡρακλῆος, id est, Pomarius Hercules. Per contemptum dicebatur in eū, qui nouis quidem magnificum gereret, ceterum opibus nullis, nullaq; potentia pollens. Ab euentu natum. Narrat Suidas cum rusticū quidā Herculi bouem essent immolaturi, isq; rupto sine profugisset, nec esset quod sacrificaretur, multi arrepti suppositis quatuor ramis, crurum uicē deinde additis alteri duobus ceu cornuū loco, bouem uticūq; sunt imitāti, idq; ridiculum simulachrum pro uictima sacrificari Herculi. Inlius Pollux libro de uocabulis rerū primo, fabulā aliquanto secus narrat, nempe ad hunc modū. Solemne est, inquit, apud Baeotos, Herculi malis rem diuinam facere. Cumq; iam ad eēt festiū, et immolande uictimae tempus uergeret, porro hostia erat aries, cum ea seruis adducretur, propterea quod Aiojus fluuius, iam subito creuisset, ut trāsiri non posset, pueri, qui uicē arum ludebant, sacrificij ritum nihilominus peregerunt. Pichro cuiusdam malo, quatuor stipulas, uicē pedum addiderunt, rursūq; duas cornuū loco, imaginantes sese ad eum modum arietem immolare. Creditum est Herculem hac uictima magnopere delectatū, proinde mansisse apud Baeotos hunc morem, ut malis sacrificaretur Herculi. Cognomen hinc additum deo, ut ἡρακλῆος μηλιῶν, id est, Hercules malorum uocaretur.

Verecundia inutilis uiro egenti. II

Αἰδώς δ' οὐκ ἀγαθὴ κερειμυλῶ ἀπὸ τῶν ποσέων. Ita legitur apud Homerum Odyssae. P. Ac mox Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴν φησὶ ἐμυμῆου ἀνδρὶ πείκῃτη.

Apud Hesiodum item:

Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κερειμυλῶ ἀνδρὶ κομίζε. id est, Verum homini pudor haud quaquam conducit egeno. Is uersus in proberbiū abiit. Admonet autem abiciendum pudorem, quoties uiget necessitas. Est enim uerecundia cum ad multa uehementer inutilis, tum maxime cum res postulat, ut omnia nobis sint facienda. Eodē allusit Euripides in Iphigenia in Aulide: Ομοῦ δ' ἄπορ γέ δ' ἄπορ, αἰδῶς δ' ἄπορ. id est, Verum tamen pudere oportet eatenus, Quo ad licet.

Homerus Iliados. ε. scribit, uerecundiam, seu reuerentiam plurimum prodesse, et eandem officere plurimum:

Οὐδ' οἱ αἰδὼς ἴγνεται ἢ τ' ἀνδρείας μέγα σίνεται ἢ δ' ὀνόμιον. id est, C 2 Nec

Nec pudor est illi, qui uel ledit uehementer,  
Vel multum prodest homini.

Ventrem mihi obijcis. IIII

Commemorantur et uerfus in Graecanicorum adagio  
rum collectaneis:

Γαστήρ μοι προσφέρει κάλλιστον ὄνειδ' ἢ ἀσπόνδου  
ἢ πλεῖρη μὲν ἐλαφρότερα κενεὴ δὲ βουβία. id est,  
Ventrem me obiectas quo probum haud pulchrius ullum.

Plenus is est lenior, grauis idem, ubi pendet inanis.

Equidem ubi prouerbiū sit, non uideo, nisi in hoc, κάλλιστον  
ὄνειδ' ἔσθ', quod apud Graecos prouerbiū uice uidetur usurpa-  
tum. Euripides in Iphigenia Aulidensi:

Καλὸν γὰρ μοι τὸ ἀσπὸνδ' ἢ γαστρίσας. id est,  
Mibi opprobriasti probum honestum scilicet.

Aut in ea parte uelut enigmatica, leuis cum plenus est, gra-  
uis cum inanis. Nam reliqua uersula, quo pleniora sunt, hoc  
sunt grauiora, quo magis inania, hoc leniora. Contra uentem,  
quo distentior cibo, hoc lenior est, propter auctos, excitato-  
sque passu spiritus.

Turpe silere. IIII

Αἰσχρὸν σιωπᾶν, id est, Turpe silere. Hoc licet ubi,  
quoties quis alterius exemplum extimulatur ad studium, aut ne-  
gocium aliquid suscipiendum. Aut natum, aut certe usurpa-  
tum ab Aristotele, qui cum Isocrates rhetorice doceret,  
emulatione commotus, cepit et ipse permeridianis illis suis  
πρωῶτατος dicendi artem docere, dicens illud:

Αἰσχρὸν σιωπᾶν λαλῶντες ἰσώκετάς, id est,  
Turpe silere, loquente Isocrate.

M. Tullius in opere de oratore ostendit è tragicodia quapiā  
mutuasse Aristotelem, paucis immutatis. Scribit enim hunc  
in modum: Aristoteles quom florere Isocratem nobilitate di-  
scipulorum uideret, quod ipse suas dissertationes à caufis fo-  
rensis et ciuilibus ad inane sermonis elegantiam transiu-  
isset, mutuauit repente totum propè formam discipline suae,  
uersumque, quendam de Philocteta paulo secus dixit. Ille enim  
turpe sibi ait esse tacere cum barbaris, hic autem cum Isocra-  
te pateretur dicere. Ad Atticum libro sexto. Ego, nisi Bi-  
bulus, qui dum unus hospes in Syria fuit, pedem poris non  
plus extulit, quam domo sua, admiraretur de triumpho, a quo  
animo essem. Nunc uero, αἰσχρὸν σιωπᾶν. Hoc nunc qui-  
dam abutuntur, nihil existimantes turpius, quam silere, ne  
apud homines illiteratos parum eruditū, parumque disertū ui-  
deantur. Vnde apud Lucianum preceptū illud ἀποιδ' εὐτ' ε-  
σῆτες, μηδ' ἔσονται σιωπᾶν. id est, Ne iniquā sile: pro-  
pterea quod apud imperitos is demum infans et imperitius  
habeatur, qui non perpetuo garrat.

Munerum animus optimus. V

Ἐπιούρ δὲ τὴ θυμὸς ἀρετῆ, id est, Munerum autem  
animus optimus. Hemijficiūm Heroicū prouerbiale, quo  
significatur, in amicorum muneribus non esse spectandam  
rei missæ pretium, sed mittentis potius animum, ut Xerxes  
ille aquam manibus hausit, a rusticis libenter accepit. Et  
Christus uide uannulos, omnibus diuitum muneribus pre-  
tulit. Et quidam monet exiguum munus à tenui missum ami-  
co, perinde, ut maximum, boni consilere. Plinius in præfatio-  
ne diuersa extulit metaphora. Verum et dijs lacte uis-  
tici, multaque gentes supplicat, et mola tantum salsa li-  
tant, qui non habent thura. Quin hoc idcirco, tritissimum est, ut  
qui munus aliquid offerant, animum iubeant spectari, non  
rem. Refertur adagium à Phormio, in opere de natura  
decorum,

Nescit capitis & inguinis discrimen. VI

Qui è impudencie nec cecitatis potius deueniunt, ut  
nullam prorsus faciant discrimen inter honestum ac turpe,  
hi nescire dicuntur, quid intersit inter caput et inguen. Ita-  
ter honesta corporis membra, caput primum obnotum locum,  
ac proinde recte iudicatur: que uero sub ventre sunt, in inho-  
nesta, teguntur. Iuuenalis de muliere temulenta:

Quid enim Venus ebria curat?  
Inguinis et capitis que sint discrimina nescit.

Proverbiali figurā dictum uidetur.

Multitudo imperatorum

Cariam perdidit. VII

Πολλοὶ στρατὸν γοὶ κοίτην ἀπέδωκα. id est,  
Multi duces deperdidit Cariam.

Admonet fenarius nihil esse perniciosius licentia multitudi-  
nis, dum nulli pareatur, sed pro sua quisque libidine rem gerit.  
Hæc Græci uocant ἀναρχίαν malū penè tyrānide peius, que  
nihil potest esse peius. Par autē malū est πολυχρχία cū eo  
quod dicitur ἀναρχία. Idem docet Homericū illud Iliados  
libro secundo, quod ipsam in prouerbiū abijt:  
Οὐκ ἀρχαδὸρ πολυχρχοῖσιν εἰς κοίτην ἔειω. id est,  
Multos imperitare malum est: rex unicuique esto.

Nam his uerbis Ulysses milites tumultuantes in quibus erat  
et Thersites compescit. Eum Homeri uer siculum usurpauit  
Dion, quem uideret Heraclidum moliri factionem. Autor  
Aemilius probus. Natum adagium à Caribus quondam so-  
uentissimum, postea per ciuales seditiones eò redactis, ut etiam  
in uilitatis prouerbiū abierint, quemadmodum alio do-  
cuius loco.

Mus albus. VIII

Μῦς λευκός, id est, Mus albus, apud Suidā: μῦς λευ-  
κός, id est, mus malus, apud Diogenantū. In hominem le-  
sciuum et libidinis immo dice dicebatur. Nam mures domes-  
tici salacissimi sunt, præsertim albi. Aelianus miram esse mu-  
rum salacitatē autou testimonij docet, lib. 2. cap. 10. Atque  
inter multa illud addit, Epicuratem in fabula quapiā cum mu-  
lierem significare uellet prodigiose libidinis, μωσίου ἀρε-  
πέλασσε, citatque prouerbiū, μῦς λευκός, ex Philonem  
comœdia. Vnde receptum uidetur, ut inter amatoria blandi-  
menta, quemadmodū passerculi, colubule, et id genus aliorū,  
ita idem et muris cogonementum usurpetur. Maritius:  
Nam cum me murem, cum me tua lubum dicas.

Facies tua computat annos. IX

Proverbiali nimirum schemate dictum à Iuene in uetulo-  
tam iam ἔξορον quidem, et ad Veneris iulius prorsum in-  
tempesiuant, sed que uerborum nequitijs puellam etiam iūm  
ageret. Facies tua computat annos.  
Hoc est, frontis rugæ, numerū annorū tuorū præferunt, quæ  
quā libido nodū in te cōseruat. Congruit huic Apologus de  
crocodilo, cui idcirco maiorū suorū claritate, et primas in  
certaminibus partes iudges ad huc modum respondit: ἔδρα-  
κᾶν μὲν μὴ σὺ λέγεις ἀλλ' αἰεὶ δέματός γε φαίνω, ἔως  
ἐκ παλαιῶν ἐστ' εἰ γε γυμνασμάτιος, id est, Quin et si  
tu non dixeris, tamen ipsa pelle præ te ferris, quod multos iam  
annos in certaminibus sis uersatus.

Phœnicæ rarior. X

Φοινικῆ ἀραιώτερος, id est, Phœnicæ rarior. De  
rebus aut etiā hominibus inuictū perquam raris. Natum ada-  
gium à fabula Phœnicæ, de qua scribit Plinius libro 9.  
cap. ij. Et ante omnes nobilem Arabie Phœnicem, haud scio  
an siānolos, aut in toto orbe, nec usum magnopere. Aquile  
narrat

narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cetera propu-  
 recus, ceruleam roseis caudam peninis distinguuntibus, cristis  
 faciem, capuq; plumbo apice honestatis. Commemorantur  
 hoc loco et alia quedam de phœnicæ prodigiis, que quo-  
 niam ad prouerbij sententiam, nihil attinent, cui libebit inibi  
 legenda, relinquo. Cuius in transformationem libro decia  
 mo quinto sub persona Pythagoræ:

Vna est que reparet seq; ipsa se seminet ales,  
 Assyrij Phœnicæ uocant, nec fruge, nec herbis,  
 Sed thuris lachrymis et succo uiuit amoni.  
 Hæc ubi cunque sue compleuit secula uite  
 Illicis in ramis tremulæq; cacumine palmæ,  
 Vnguib; et duro nidam sibi construit ore.  
 Quo simul ac castas et nardi lenis aristas,  
 Quasq; cum fidua substrauit cymama myrrha.  
 Se superimponit, iunict; in odoribus ætæat.  
 Inde ferunt totidem qui uicere deum amos  
 Corpore de patrio paruum phœnicæ renasci.  
 Cum dedit huic etas uires, conerig; serendo est,  
 Ponderibus nidi, ramos leuat arboris alte,  
 Fertq; pius, cumasq; suas, patrianq; sepulchrum.  
 Perq; leues auras Hyperionis æde positus,  
 Antè fides sacras Hyperionis æde reponit.  
 Extat de Phœnicæ carmen et Firmiani Lactantij non incon-  
 cinnium, per musas, neque saludentium.

**Non est laudandum, ne in  
 coena quidem.**

xi

Ὅμη ἐπαινεῖσθαι οὐδ' ἐν ἡμετέροις, id est, Non  
 quæ laudari, ne in parentalibus quidem. In hominem dice-  
 batur uehementer illaudatum. Antiquis mos erat, presertim  
 Atticis in cenis funeribus, quas Greci ἡμετέροις uocant,  
 laudare uitæ defunctum, etiam si parum meruisset in uita. Si-  
 quidem, ut inquit Ouidius:  
 Pascitur in uitis liuor, post facta quiescit.  
 Unde fit, ut uiuos nonnumquam merita laude fraudemus, mor-  
 tuos etiam immeritam tribuamus. Fortassis hinc ductum est,  
 quod antiquitus mos fuisse uidetur, ut in compositionibus  
 aliquorum, etiam iuuentium laudes dicerentur. Quænam o-  
 dum apud Platonem Alcibiades Socratis encomium refert.  
 Eiusmodi uero laudes non admodum speciose uidebantur, ut  
 interer pocula decantate. Nec absurdū arbitror, si quis ad  
 scorum consuetudinem referat parentiam, qua fieri solet, ut  
 in comitijs citharæ dicit, aut deorum, aut insigniū uirorū fa-  
 cta cantetur. Vt apud Homerū in omnibus ferme cōuuijs.

Apud Vergiliū item:

Cithara crinitus Iopas  
 Personat aurata.  
 T ametis hæc quoque laudes plerūque ad auditorum gratiam  
 fingebantur. Adagium refertur à Diogeniano.

**Pedibus in sententiam discedere.**

xii

Quid sit pedibus in sententiā discedere, et quid pedaria  
 sententiæ, satis explicuit Aduis Gell. lib. 3. cap. 18. Id si trāse-  
 rator ad quālibet aliene sententiæ cōprobationem, prouerbij  
 formā accipiet. Veluti si quis dicat: Non est uirū prudētis,  
 quicquid uoxi liberti, protinus in illius sententiæ pedibus  
 discedere. Aut par est, ut affectus in rationis sententiā pedi-  
 bus discēdat, nō cōtra. Ego uero in tuā sententiā manibus,  
 pedibusq; ac toto corpore discedo. T rāslatum est à ueteri  
 cōsuetudine, que seruari cōsuevit, quoties ingens erat turba  
 suffragia ferentū. Linius decadis prime, lib. 7. Vbi sententiā  
 meā uobis pergero, tum quibus eadem placebunt, in dextrā

partem taciti transibitis. Que pars maior erit, eo stabitur cō-  
 silio. Et aliquāto post. Quibus hæc salutaria uidentur, agi-  
 tedum in dextrā partem pedibus trāsit. Omnes transferunt,  
 uadētēq; per intermissa custodijs loca, Decū sequuti sunt.  
 Nam Flauius Vopiscus in uita Aureliani imperatoris, indi-  
 cat et manū porrectione sententiā alienā cōprobari solere.  
 Sic enim scribit: Deinde alijs manus porrigitibus, alijs pe-  
 dibus in sententiā euntibus, pleriq; uerbo cōsentientibus, cō-  
 ditum est senatūscōsultum. Suffragiorū genus quod porrectis  
 manibus peragitur, Greci uocant χερσότην, et χερσότη-  
 νος, quā uocē usurpat et sacre literæ. Vt ij. Corinth. viij.  
 χερσότηνός. Quin etiā subscribere sententiæ, subscribere  
 iudicio, subscribere uoluntati, suffragari, refragari, atque id  
 genus alie metaphors, quoties longue trahatur ab oratione  
 simplici, in prouerbij speciem paulatim abeunt,

**Sultine & abstine.**

xiii

Epicletus Cynicæ secte philosophus uersa philoso-  
 phorum dogmata, que ad humane uitæ pertinentem felicita-  
 tem, queq; tot uoluminibus uix explicant ceteri, duobus uer-  
 bis absolute complexus est, que iam olim prouerbij uice cele-  
 brantur à doctis: digna profecto, que omnibus parietibus,  
 omnibus columnis inscribantur, omnibus anulis insculptur.  
 Ea sunt huiusmodi, ἀνεχθης κει ἀπέχθης, id est, sultine et  
 abstine. Quorum altero monemur, ut aduersa fortiter tole-  
 remus: altero, ut ab illicitis temperemus uoluptatibus. Re-  
 feruntur in Notis Gell. lib. 17. cap. 19.

**Naturam expellas furca, tamen  
 uique recurrit.**

xiiii

Cum uideam à Grecis quedā uelut obtorto, quod aiunt,  
 collo, in prouerbiorum acerrum trabi, cur ego uereor, eius-  
 modi recensere, que præter adagij figuram, ita uersus dicta  
 sunt, ut uentus dici non possint? Quod genus est illud Ho-  
 ratij in epistolis:

Naturam expellas furca, tamen usque recurret.  
 Sensus est, haud facile desiste, que nobis natura penitus indi-  
 dit, atque inuenit. Quod si quando ui fit, ut uel metu, uel pu-  
 dore, uel alia quouis causa, personam alienam sinamus, fa-  
 cile per occasionem redimus ad mores naturæ. Velut qui  
 metuant peccare, non uirtutis amore, sed formidine sustis, ij  
 simulatque tollitur sustis, recurruunt ad mores pristinos. Et  
 Terentius: Si sperat fore clam, rursus ad ingenium redit. Du-  
 da est metaphora à aramis, qui apposita furca torquētur alio,  
 quam natura posuerat. Quæ sublata, rursus uergunt eodem,  
 quod prius. Pindarus in olympijs eandem sententiā aliter ex-  
 tulit. τὸ γὰρ ἐμπαίει, οὐτ' αἰδῶν αὐλώσει, οὐτ' ἐπιβρο-  
 μοι λῶντες διαλλῶντο ἰδῶ. id est, Nam inge-  
 nium, naturamque indolem, nec astuta uulpes, neque preda-  
 li di leones mutare queunt. Quantum enim cicures leo-  
 nem, semper redit ad genuinam feritatem, nec uulpes inquam  
 obliuiscitur fraudulentie naturæ, quantumuis mansuetificata.  
 Idem in eodem opere, ἀμαχορ δὲ κηΐλα τοὶ συρνήεις  
 ἰδῶ, id est, Difficile est occultare naturæ mores.

Item Horatius alibi:

Tolle periculum,  
 Lamusa pro stilet frenis natura remotis.  
 Nautis annoxa, haud quaquam  
 nauigabit per mare.

xv

Ναῦς παλάμη πόντου οὐκί παλάμη id est, Nautis  
 antiqua non nauigabit per mare. Congruū in eos, qui iam  
 ob etatis imbecillitatem ad res arduas obeundas, sustinen-  
 dāq; pericula parum sunt idonei, ac primum ipsi perenti



oppressi negotiorum magnitudine, & in discrimen adducuntur quorum res agitur. Nota est allegoria. Refertur adaugium à Diogeniano.

Ni pater effes. XVI

Εἰ μὴ πατὴρ ἦσθα, Ni pater effes. Hoc vulgo dici cōsuevit, quoties honoris, aut metus causa concium reticebāt, & conijciendum relinquebant. Plene sic effertur: Εἰ μὴ πατὴρ ἦσθ, ἔπιτορ ἕμ ὁ οὐκ ἐν φρονέμ, id est, Ni effes pater, se sapere dicere baud bene.

Est autem uersus hic in Antigone Sophoclis. Sunt enim Hæmonis uerba Creontem patrem obiurgantis, quod sponsam filij pararet occidere. Ientque quoties lenis, aut potentis, aut alioqui uenerandi sententiam adderet, alioqui timidiuoribus. Non admodum disidet ab illo: Feenum habet in cornu. Item illo: Argenti fontes loquuntur.

Magnum os anni. XVII

Μέγα στόμα το ἐνιαυτο, id est, Magnum os anni. Dicebatur quoties uberior rerum prouentus, aut uilior aemona animosior: & loquendi libertatem adderet, alioqui timidiuoribus. Non admodum disidet ab illo: Feenum habet in cornu. Item illo: Argenti fontes loquuntur.

Megarica sphinges. XVIII

Μεγαρικα σφίγγες, id est, Megarica sphinges, ita scortis quedā uulgus olim appellabat, sue quod uulgo molles sphincæ παρὰ το σφίγγες, dicuntur apud Græcos, sue qd' apud Megarenses nutrix sphinx appellatur, sue quod Megarensium mores improbi, fictiq;, & populari cōiucio quondam notati fuerint. Vnde Aristophanes in Uespis, risum Megaricum, de quo dictum est alibi, taxat:

Μὴ δ' αὖ γέλωτα μεγαροῦν κικλάσῃμι. id est, Sed ne Megaricos rursus infractos iocos.

Risum seu iocum Megaricum intelligit molliciem Megaricum. Refertur in collectaneis Diogeniano.

Mellis medulla. XIX

Μελίτι μωλόδο, id est, Mellis medulla. Dere maiorem in modum suauī dicebatur. Vnde & Etnius apud M. Tullium, M. Cornelium Cethegum, suauē medullā appellat, ob singularem suauiloquētiām. Nam quod optimum est, id natura uidetur intime recondidisse. Vnde & illa pasim obuia, in medullis, & medullitis anare, non disident à sinu lactro prouerbiali.

Meliores nancisci aues, XX

Αμεινοναρ οἰωνῶν τυχεῖρ, id est, Meliores nancisci aues dicuntur, quibus postres aduersas succedunt prosperiora. Nam ut apud Latinos auis est ales interdum non animal, sed omentipsum & augurium significat, itidem apud Græcos, οἰωνός & τυχεῖρ, cum ἔσθδός non eodem accipitur modo, quemadmodum indicat Eustathius in primum Odyssæe librum. Horatius in Odis:

Mala ductis aui domant. idem alibi: Meonij carminis alite. Homerus Iliados, Ω.

Μελὸς ἐνὶ μεγάρσοισι κακὸς πέλδω. id est, Hiscē mibi ne tu fueris mala in adibus ales. Rursum eiusdem operis, n.

Εἰς οἰωνός αἰετὶ ἀμεινωδῶς τῆσι παύσε. id est, Optimum id augurium est, patriam ubi tute turci. Laborant aut hæc superstitione antiquitas, ut in magnis rebus aggregatū aut occisus obseruaret: neq; deficiat, qui eam uelut arē profertur. Atq; hinc apud Romanos augurium collegiū. Iam penē explosa est apud Christianos huius rufionis superstitio, sed ita ut in eius locis succēserit mātū propē pestilētiū, atq; adeo cōduplicatū: nempe horū qui ex astris futura pronuntiat. Et aliorū, qui numeris afflatū mentientes, apud credulā et̄, in doctām plebeculam profectū uolunt haberi. Atqui mirum est utrosque inuenire, quibus imponant. Imponant enim non uulgo tantum, uerum etiam ipsi regibus & orbis moderatoribus.

Aliud genus remi. XXI

Ἄλλο γένος ῥάβδου κώπης, id est, Aliud genus remi. Dicebatur olim, ubi quissiam res nouas, & antea nō usas induceret. Aut ubi quis ueris moribus pristinis, nouū & inusitatū uicē genus inueneret. Hinc ortū aiunt, quod Hercules cō ad hoc uenit Erythreas nauigare, leonis exuuiā carbasī uicē, clauā mali loco, pro rudentibus phætreæ lorīs, pro remo arcu, & denique pro nauigio lebetē sit uliū. Quod inusitatum profectū nauigandī genus, cum uisissent accolē, acclamabant: Ἄλλο γένος ῥάβδου κώπης. Refertur in Plutarchi collectaneis.

Clamofior lauro ardente. XXII

Μεῖζονα βοῶν δ' ἀφ' αὐτῆς χλωρῆς καμομύνης, id est, Magis uociferatur, quā Laurus uiridis incensa, propterea quod Laurus adhuc uirēs in ignē cōiecta, maximo crepitus edit. Vnde & in maleficis amatoris incēdi cōsueuit, tanquā amantū querimonias uerprelescentis. Daphnis me malus uir, ego hanc in Daphnide laurum. Refertur à Diogeniano.

Nunc leguminum mellis. XXIII

Νῦν ὁ σπεῖρον ἄμικτο, id est, Nunc leguminū mellis, id est, nūc tēpestiū, hoc aut illud agere. Velut si quis admo neat inuenē nūc adesse tēpus, par adē gloriæ, par adē eruditioni, par adīs opibus idoneum, dicat, nūc ὁ σπεῖρον ἄμικτο τ. Sumptū à rusticis, qui tum maxime uigilat, nec sunt illud tēpus per ociū perire. Recensetur à Diogeniano.

Nunc dii beati. XXIII

Νῦν θεοὶ μέγαρες, id est, Nūc dii beati. Vox erāt uelut adganētis & adgratulātis, quoties nocētibus suppliū meritis dignū cōtigiisset, pœnas quasi dijs & iucūdijs & honestis sit, ut scelerati dēt poenā. Cōtra probrosum si uiris improbis res fecūde sint, uidelicet iuxta sententiā illā prouerbialem: Θεὸς δ' ἀνεὸς τὸν κακοῦ εὐδαμονεῖ. id est, Probrum est deo, si res males sint prosperæ. Siquidem hinc dii collegerunt nullos omnino deos esse.

Ordinem deserere. XXV

Ἀνεῖρ πλὴν τῶν ἐμ, id est, Ordine deserere dicitur, qui deest officio suo in re quāpiā peragēda. Duclā allegoria ab ijs, qui sunt in acie. Nā pœna capitalis erat, qui locū ab imperatore datū deseruisset. Vnde & desertoris uocabulum impudē militares homines ignominiosissimum. Plato libro de legibus iubet, τὸν καταλειθεῖσθαι πλὴν φρεσῶν, id est, qui ex cubias deseruisset, in sivo propalam de scribi, infamie, notæq; causā, tanquā is, quod in ipso erat, rempublicam omnē prōdidit loco relicto. Aristophanes in Uespis: Φυλακὴν κατὰ τὴν νυκτερινὴν θύρα σκοπεῖ, id est, Deserere nocturnam doceor custodiam.

Lucianus in libello de mercede seruientibus: καὶ οὐδ' σε αἰεὶ σὺν αὐτῷ θρόνῳ, καὶ μὴ ἔποτε ἀπολιπεῖσθαι. Ἄλλ' ἔσθαι θύρα ἀνακτῆρα παρὰ τῆν ἀνακτῆρ ὀφειλόμεν μισθῶν



uio duo fiere filij, quorū Babys solitus est unica tibia canere, Marfyas duabus Phrygio more. Cum autem suum uterq; chorū haberet, & Babys inficite traclaret tibiam, frater eō insolentia sublatu est, ut Apolline quoq; prae cōtēneret. à quo cū esset excoriatu, iamq; Babys, similis poena parare tur, Palladis interuentu exēptu est supplicio. Verū equidem suspicor scripturā esse depravatā, ac legēdū esse, τὸ ἐξέσθωο ἄσφορῳ ut idē sit cum eo, quod modo retulimus.

Cercopium coctus.

XXXV

Ἀργὸς κερκόπωρον, id est, Cereus Cercopum, de cōciliabulo, cōuentūq; uersitorum & improborū hominum dicebatur. Narrat enim Cercopus quosdā in Epheso fuisse, nota fraudulētie utros, qui suis dolis conati sint ipsi Ioui imponere. Hos admonet at mater, ne in Melampyrum incidere, id quod euenit. Nam post ab Hercule uincti sunt iussu Omphales. Quidā autem quosdā ob imposturas & malas artes, κέρκοπατος, quasi caudatos, appellatos fuisse apud Ephesos, atque Athenienses: ut idē sit sensus huius adagionis, & illius, cuius alibi meminimus, ἄλικε δουλέε.

Ceruinus uir.

XXXVI

Ἐλάφι ὄρνις, id est, Ceruinus uir, olim dicebatur, formidolosus & fuge fidens magis quam uiribus. Ceruus enim animal cursu pernicissimum, & in uenatu, pedibus sibi quaerit salutem. Vnde apud Homerum Iliados primo, Achilles, ut uir fortis, Agamemnoni, uelut imbelli & ignaui comiciū facit ad hunc modum:

ὄνοβορῆε, κωὸς ὄρνις ἔχωμι, κερὰ ἴλου δ' ἐλάφοιο. Obijcit illi teruentiam, impudentiam in occupandis aliorū praeijs, & cor ceruinū, quod ad congressum timidus esset. Aristoteles libro de natura animalium nono tradit, ceruio naturam quandam inesse prudētia, ut quod uiribus tueri nō potest, id efficiat ingenio: parere enim iuxta sententiā, quod uidelicet tutor sit à beluis propter hominum frequentiam. Deinde postea quam peperit inuolucrum statim exedit, ne deprehendatur: praeterca binulum ducens in stabula, monstrat, ac cōsuefacit quō debeat refugere, si quod imminet periculum, id aut faxum esse abruptum.

Cercopillare.

XXXVII

Κερκόπιλλος, id est, Cercopillare dicuntur, uel qui lasciuia uiunt, aut qui adulantur. Metaphora ducta ab animalibus, quae mota cauda ablanduntur, ut Chrysippe placet, Suidas teste: uel qui molesti sunt, obturbantiq; & obstrepuunt: ut uox de flexa sit à Cercopibus illis Lydijs, quos Hercules, quod sibi cum Omphale cubanti, petulantibus obturbarent, amice iussu ninctos de claua suspendit, quemadmodum retulimus in adagio: Ne in Melampyrum incidas.

Valecharum lumen.

XXXVIII

Χαίεσθε ἄλιον φῶς, id est, Vale gratum lumen. Hoc aperet uulgo dici solitum, quoties extingueretur lucerna. Reseruit autem ad fabulam, non admodum castam, sed docendā causā referendam tamen. Narrant enim anum quompian, cum nuda libidinari pararet, extinxisset lucernam, nerurgae stusq; corporis offenderet, & extinguente dixisset, χαίεσθε ἄλιον φῶς, id est, Vale amicum lumen. Quae quidem uerba suspicor hoc magis in uulgi iocum abiisse, quod iisdem uisum in traegedijs, exituri ē uita, uelut Polyxena in Hecuba Euripidis: Iphigenia in sui nominis fabula, Alceus, & Electra, alijsq; comphares. T amēsi Plutarcho comūdiūm quesiūcularum, Decade septima, probentem quinto, indicat dictūm à quodam, qui amice prodeuui in conspectum, cum ipse nūno opinor cecutiret, χαίεσθε, inquit, ἄλιον φῶς,

Poterit ad uarios usus accommodari paremia. Siue cum nos significamus licentius agere uelle. Siue cum relinquamus amicam, aut rē teneris adamatam. Siue cū inuimus mulierem iam marcida forma, quaeq; nō possit nisi per tenebras adanari, χαίεσθε ἄλιον φῶς. Aut cū significabimus nobis perisse rem longe charissimam. Siquidē diuus Ambrosius in homilijs quas conscripsit in euāgelium Lucae, refert ad huiusmodi fabulam, T heotimo captiui, cū graui morbo oculorū laboraret medici interminati fuerant, ne cū uoxe rē haberet, si faceret, profusus cecitatem imminere. Verum is libidinis impatiens, nō potuit sibi temperare, quin uocorem amplecteretur. Itaq; cum iam medio Veneris calore feruere, & in mentem uenisset medicorū interdictum, χαίεσθε, inquit, ἄλιον φῶς, id est, Vale amicum lumen. Nimirum intelligens se se uoluptatem eam per breuem oculorum dispēdio emisse. Similis est apud Martiale fabula de Phryge quodam uulso bibone, cui cum interdiciū esset à medicis, ne biberet uinū, alioqui nihil uisurum, protinus admotis poculis: Valebis oculo, inquit, uinum requiris? Vinum Phryx, oculus bibit uenenum.

Veniat hospes quisquis profuturus est.

XXXIX id est,

ἐνέθω ἔλθοι σεῖς ὄνιος.

Veniat, qui proderit hospes. Theopompus, citante Zenodoto, scribit hoc adagiū ex Philippippi regis apophthegmate profectū esse. Nam is, ubi Theosalorum ciuitatem subuertisset, & hospites, quos inibi repeire diuēdiū esset, per iocum dicebat:

ἐνέθω ἔλθοι σεῖς ὄνιος.

Victur ex oraculo, aut poeta quopiam sumptum. Est enim hemistichium carminis heroici. Admonet adagium eorum demum aduentum esse gratum, qui commo di quippiam adferant. Oniāus:

Ipse licet uenias Musis comitatus Homere,

Si nihil attuleris ibis Homere foras.

Obolum reperit Parnotes.

XL

Ὁβολορ εἴρε παρνοτικε, id est, Reperit obolum Parnotes. Accommodari poterit ad illos, qui nouum aliquot excogitarunt premium, quod illecent. Natū autem à Callistrate Athenienium Reipub. principe, cui cognomen additū Parnotes. Is enim instituit, ut in iudicijs & concionibus nummuli quidam distribuerentur. Quam rem comicorum infecta ito uertit in proerbiūm.

Aperat musarum ianuae.

XLI

Ἀνεσθρῆμιαι μουσῶν θυεσσι, id est, Aperat musarū ianuae. Hoc adagio conueniet uti, quoties aliquem facili, promptiq; ingenio significamus, & in percipiendis optimis discipulis celerē, quasi musis fauentibus, & baud grauatum suppetantibus. E diuerso, qui tardiores sunt, clausis musarum ianuis adscere dici poterunt. Aut si quando dicemus, nō oportere celare doctrinam musarum munus, sed candide, citraq; inuidiam imperitare, tanquam lumen de lumine suppediātes. Refertur à Zenodoto.

Martis campus.

XLII

Ἀγεθω πειθόρ, id est, Martis campus. Suidas ex Alexādris aridis Pisanthro citat. In eos torquetur, qui militari confidentia praedii uidentur, quib; rem nō in iudicio gerent. Non doctis dijs, sed pugnis. Non ex iure manu cōserti, sed improbis clamoribus. Et quibus ius esse iocatur. Quos Hefiodus eleganter cōpōsitus uocet χερσὶν ἄλικε, uocat. Ceterum in quo quis ualeat, id Graeci campam illius uocant.

Argentensis hastis pugnare. XLIII

Αργενσείας λόγχαις μάχεσθαι, id est, Argentensis hastis pugnare dicitur, qui cū negotio alio pacto confici nequit, muneribus et largitione perficiunt. Nihil autem tam arduum, quod pecunia non expicitur. Quemadmodum cleandrum dictum est à Marco Tullio assione in Verrem secunda: Nil esse tam sanctum, quod non violari; nihil tam munus quam quod non expugnari pecunia possit. Ortum autem parocemiam ab oraculo quodam Apollinis Pythii, qui Philippo regi consulenti, quo pacto posset victoria potiri, responderit ad hunc modum:

Αργενσείας λόγχαισι μάχεσθαι, et πάντα νικώσας, id est: Argentensis pugnat iels, atq; omnia uincet. Videlicet inuenis, ut quosdam largitionibus ad proditionem sollicitaret, atq; ita consecraturam que uellet.

Archytæ crepitaculum. XLIIII

Αρχίτης πλατύχι, id est, Archytæ crepitaculum. In hominem uehementer garrulum et obstreperum iaciebatur. Archytas, crepitaculi genus erexit excoxiuit, quod pueris lusu tantibus daretur, ne quid interim ex uisus domesticis contingerent. Quemadmodum docet Aristoteles. viij. li. politiorum. Suidas indicat, Archytam fuisse Pythagoricū Empe doclis præceptorem. Quāquam huius nominis referuntur alii quot, tamen consentaneum est hunc Tu ætium philosophū, eius organi fuisse opificem, utpote qui fertur in mechanicis uirtute præcelluisse. Cuius et columba lignea celebratur, ita ratione mathematica librata, uti uolaret. Quāquam Diogenes Laertius in huius uita testatur, huius nominis et architectum fuisse quemdam, qui librum quoq; conscripserit de machina. Columbae memini et Aulou Gellius lib. x. cap. xij. ex autoritate Phalarini tribuens inuentū hoc Archytæ philosopho. Sed utriusq; fuit inuentum, consentaneum est huismodi quoddam organum fuisse, quod suapte sponte sonaret. Unde non absque torquebitur in eos, qui naturæ uitio, quouis loco, quouis de re, et apud quosuis, quiduis garrūtū, quous Græci λέλυτος, αμείβοσπιος, ακριτομυθός, et ωολυμυθός appellant, Latini, garrulos, locutucios, rabulas, blaterones, et linguaces. In quos Eupolis ficit:

Αυλόν άρεισθόν κάδ' υωορωτότατος λέγγυ.

Nec inscite Epicuram:

Ου λέγγυ θ' ενός, αλλά συνάμ' αλωωτοσ, Habeatur simile quiddā et apud Romanos, Citeriā appellabāt. Ea erat effigies quedā arguta et loquax, que ridiculi gratia in pompa uehi solita sit. Unde M. Cato in M. Ceciliū: Quid ergo dicere amplius, que ego deniq; credo in pompa uentitatum iri, ludis pro Citeriā ac spectatoribus sermocinas-torū: Ergo prowerbij speciem habebunt orationes huiusmodi. Citeriā loquatur. et præ hoc nutam dicas Citeriam, et unus cum multis Citerijs ceteræ possit.

Aratro iacularis. XLV

Αροτρού ακουτιζήμι, id est, Aratro iaculari dicitur, qui quippiam incircumspecte faciunt, haud prospicientes, qui sibi in posterum euenturam, aut qui suo magno incommodo conantur alterum ledere. Quisquis enim iaculo aratro petit alium, is quo morem gerat ire, semet re necessaria priuat, cuius usum paulo post sit desideraturus. Recenletur à Diogeneiano. Translatum uideri potest, à belli temporibus, quibus uomeres, marte, et sarcida, reliquisq; agricolationis arma, in Martiā distinguntur arma. Pluribus autem in commentario τωσθ' εν τω εὐθόμωσος uisitat, ueluti de re uehementer absurdū: οὐδ' αὖ γούρ' ο' τρεσεν/μ' αροτρού βοσλόμωσ' ηού τρεσ

βοί τὸν λαγὼν κωνηγετῆρ, ἀμυροσός όσπρ, id est, Neq; enim is, qui uult aratro iaculari, et boue leporem uenari, est infortunatus.

Atticus moriens porrigit manum. XLVI  
Αττικός ὑπέχερ τὴ χεῖρα κἀπθνήσκων, id est, Atticus porrigit manū, etiam cum moritur. Huic ad agio locum fecit Atheniensium in muneribus captandis, et aucupandis lucris insatiata cupiditas. Unde et apud Aristophan. frequens iocus in τούσθ' δ' ωροσ' οκοδύτας, Autor Diogenianus.

Argicollis. XLVII

Αργυρ' λόφθ, id est, Argi collis. Vbi quis ingentibus malis esset implicitus. Potest accōmodari, uel ad locū, uel ad negotium uarijs obnoxium calamitatibus. Natū autē à colle quodam, cui cognomen Argi, frequentibus homicidijs, ac latrocinijs infama.

Afinus elurians fustem negligit. XLVIII  
Ονος σφινδρ' βοσπών αμείβης, id est, Afinus elurians fustem negligit. In eos cōgruit, qui uentris cōpendij gratia, quauis cōtumeliam perferūt. Refert Aristoteles in libris moralibus, neq; ausi fortem esse cōsuetudine, qui quouis pacto toleret incommoda. Alioquā afinos longe fortissimos futuros, qui diā sferiunt, nullis uerbis à pabulo dimoueri queunt. Apparet ex Homero sumptum, qui sane quā elegāter describit afinum patientem Iliad. 7.

Ως δ' ἔτ' ονθ' παρ' ἄεραμ' ἰὼν βόσπωτο πῶδ' ας  
Νωδῆσ, ὡ δ' ἢ πολλὰ πῆρ' εἰσώσ' αμπίρ' εἰόν, κείρετ' εἰσέσ' αθῶν βοσθ' λήθου. οἱ δέ τε πῶδ' ας  
τύπῆσιν βοσπῶδοισι, βῆσ' δ' ε' τε κνκθ' αὐθῶν,  
Σπῶδ' ἢ τ' δ' ἔχ' αλασσοῦ ἔπει τ' ἐκροσῶτο φορῶσθ. id est,  
Vt cum per fetetes ignauus transijt asellum  
Immitis pueris, cui nullus tergo a circum  
Iam crepitū fustis, neq; segnis ille profundam  
Ingredditor segetem, pueri sed fustibus illum  
Cedentes iudicio tandem ac puerilibus aruo  
Viribus eiciunt, ubi pastu expleuerit abum.

Aucucurbita flos, aut cucurbitam. XLIX

Η κείνον, ἢ κολοκύντιν, id est, Aut florē, aut cucurbitam. Id perinde ualeat quasi dicas, aut mortē, aut uitā, aut lucrum, aut dānum, aut uictoriā, aut contra. Græci cucurbita flos, κείνον appellant. Incertum aut utrū mox exarscat, aut cucurbitam sit pariturus. Proinde per florē, mortem, aut frustratā spem significabant, per cucurbitā uitalem. Diphibius apud Zenodotum, ἢ ἡμέροσ αὐτὸς ἐπ' α' σοι γέσσορ δέλω παροσφ' ἢ κολοκύντιν ἢ κείνον, id est, Ipe tibi senex intra septē dies exhibere uolo cucurbitam, aut crinon, id est, possum efficere, ut aut recte ualeas, aut moriaris. Huic nō dissimile est illud quod apud Homerum Odyssæe d. dicit spectrum apparens Penelope dormienti: Ζώθ' ὅ γ' ἢ τείθυκε, κωρῶσ' δ' ἀνεμῶλωμ. εἰζέσθ. id est, Ibi superest, aut interijt. Nam uera loquendum est.

Et quod ad huius imitationē Horatius dixit Tiresias: O Lærtiade, quicquid dicas, aut eris, aut non.

Nude gratiæ. L

Αἰ χάριτες γυμναί, id est, Gratiæ nude. Admonet adagium, ut candide, ac benigniter imperitiam amicit. Aut ne quid intr amicos sctum, aut sicuti, uerū nuda, simpliciterq; omnia. Nam poëta tres fingunt Charitas, id est, gratias, humanitatis et beneuolentiæ prefides. Horatius in Odīs: Gratiā cum nymphis, genūinisq; fororibus audet Ducere nuda choros. Idem alibi:

Est solutis

Et solutis gratie zonis.

Sunt qui parvam ad ingratos referant, quod ab ijs gratie ueluti despolientur, dum semper auferant beneficij quippiã, nihil rependunt. Itaq; conuenit in illos, qui sua benignitate rediguntur ad inopiam, largientes amicis, quicquid nacti fuerint.

Crobyli iugum.

LI

Κροβύλια ζεύγρον id est, Crobyli iugum. De societate duorum, pari improbitate dici consuevit. Vt de quibus est in epigrammatis Martialis libro octauo:

Vxor pessima, pessimus maritus

M̃ior non bene conuenire uobis.

Dulium proverbium à Crobylo lenone quodam omnium scelestissimo. Is duo scorta domi alebat, quorum lenocinijs quam plurimos adulescentes in perniciam illiciebat, nec his contentus, eosdem illeptos furto compilabat. Vnde Crobyli iugum dictum, uel quod digni uiderentur, qui tanquam pares improbitate cum hoc copulari deberet, uel quod à iugum, id est, par scortorum aleret domi.

Mylus omnia audiens.

LII

Μύλος πᾶν τ' ἀκούει, id est, Mylus omnia auscultans. Dicitur solitum, ubi quis se dissimularet audire, cum omnia tamen auribus curiosis captaret, auscultaretq;. Tractum uidetur à mola, unde exploratores obseruare soleant, que fierent, aut Myli curiosi cuiuspiam moribus. Zenodotus testis est. Crætitum hoc usum adagio in Cleobulinis.

Nos decem Rhodienses, decem nautes, LIII Ημεῖς δ' ἕκα ῥόδιοι δ' ἕκα ναῖς, id est, Nos decem Rhodienses decem nautes. In eos torquendum qui nimium suis tribuunt uiribus. Natum uidetur à dicto Thrasonis cuiuspiam, qui decem homines, decem nauibus opposuerit. Nisi malianus ad Homericum illud referre:

Τλαπόδης μὲν ἦν Ἡρακλείδης ἡὺς τε μέγας τε Ἐκ ῥόδου ζώνας ἦκας ἄγρον ῥόδιων ἀγροῶν χωρ. id est, Tlepolemusq; Heracles, magnusq;, bonusq; Ter ternas naues Rhodijs præstitibus aptas. Erhodo egit.

Obliquus cursus.

LIIII

Κλίμπος δ' ῥόμου, id est, Obliquus cursus. Quoties res arte ac dissimulanter agitur. Aut quoties aliud pre nobis ferentes aliò tendimus, et cuniculis atq; ambagibus quibusdam pergitur ad id, quod asse qui conatur. Sumptum adagium à genere quodà cursus, quò κλίμπος dicitur est, propterea quod anfractibus certis, ac flexibus perageretur. Vt in alijs impetus et celeritas plurimum ualuerit, in hoc ars et ratio plus habuerit momenti. Huiusmodi cursus genus describit Vergilius libro quinto:

Olli discurrere pares, atq; agmina terni Diductis soluere choris, rursusq; uocati Comertere uias, infestaq; tela uolere. Inde alios inuenit cursus, aliosq; recursus. Ac paulo post: Vt quodam Creta fertur Labyrinthus in alta Parietibus textum cæcis iter, accipientiq; Mille uias habuisse dolum, qua signa sequendi Falleret in deprehensus et irremediabilis error. Potest et à nauigantibus in tractum uideri, cum resstantibus uentis, transuersum nauigant.

Neluppiter quid omnibus placet.

LV

Τὸ θεοῦ ὅτι ζεύς Οὐδὲ γὰρ ὁ ζεύς Οὐδὲ νόμος πάντων ἀνδράνδ' οὐτ' ἀπτόχων, id est: Neq; Iuppiter ipse.

Sine pluat, seu non, unicuiq; placet.

Hodieq; uulgo dicitur: Neminem inueniri, qui satisfaciat omnibus. Nam alijs alia probentur. Et Tres mihi cõmme, probè dissentire uidentur Poscentes uario multum diuersa palato.

Cui simile est illud euangelicum, quod in operis initio retulimus, cum de paracie dignitate loqueremur, ἡυλίσσα μου ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρῆσθε αὐτῆ. ἐβῆλωσάμεν ὑμῖν, Ἐ οὐκ ἐκλάσσετε, id est: Cecinimus uobis, et nõ saluati, lametati sumus uobis, et non plorastis.

Non persuadebis, ne si persuaseris quidem.

LVI

Οὐ γὰρ πείσεις, οὐδ' ἐν πείσῃ, id est: Haud etenim persuaseris unquam, Nec si etiã persuaseris istud, Proverbiali schemate dictum ab Aristophane. Est autem hyperbole genus, qua significamus tanquam δ' ὠσαυτὸ τῶρον ἂ. Perinde quasi dicas, non credam etiam si uidero.

Novit hæc Pylæa & Tyttagias.

LVII

Οἷδὲ τε πύλαια ταῦτα καὶ τῦττιγίας, id est, Hæc et Pylæa nouit et Tyttagias. Hoc uelut enigmate ueteres inuebant, opes malis artibus questas. Tyttagias plagiarus quispian fuit, qui seruus et res alienas, quas furto sustulerat in Pylæa, is est Arcadie locus, uenditor et consueta, atq; hoc questus diues euasit. Autor Zenodotus.

Polycrates matrem pascit.

LVIII

Πολυκράτης μαιμά, id est, Polycrates matrem pascit. Hoc adagiũ ex historia petunt, narrantes Polycratẽ Samiorũ tyrannum, matrem miliũ, qui in bello interfessent, recensuisse, easq; locupletioribus uerbis nutriticã tradidisse, inanquantq; his commendandis ciuitis, σοὶ ταύτων ματρεὰ δ' ἰδωμαι, id est, Hanc tibi do matrem. Vsum proverbij non adscribit Zenodotus, proinde liberũ est unicuiq; conijcere, cui sententiæ rectissime possit accommodari. Ego puto non in cõmōde posse usurpari, quoties aliquis in commendandis amicis est benignior, officiosiorq;. Aut ubi quis alieno sumptu de quopiam bene mereri studet, ita ut alijs nummos impendatibus, ipse preter officio a quedam uerba nihil insumat. Qui mos hodie quoq; uulgo principibus manet. Siquidem millestros, annis iam ad aulicum usum inuitiles, monasterijs, aut etiam diuitiaribus adendos mandant.

Teipsam laudas.

LIX

